ALTER ALEXIUS NATIONE SCOTUS, NOBILI FAMILIA ORIUNDUS, ...

Faustinus Craneus

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
23 A
44 M

…liotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

K.34r.

ALTER ALEXIVS

Natione Scotus,

NOBILI FAMILIA ORIVNdus, nuper in Belgium felici S. Spiritus aſflatu delatus, & in familiam Seraphici Patris S. Franciſci Capuccinorum adſcriptus, ſub nomine

F. ARCHANGELI.

In qua poſt varios virtutum agones beata morte conſummatus eſt; hic verò iucunda & pijs omnibus grata narratione exhibitus.

BIBLIOTECA NA[ZIONALE]
ROMA
VITTORIO EMANUEL[E]

Opera V. P. F. Fauſtini Dieſtenſis eiuſdem Ordinis.

Coll. Rom. Soc. Jesu
Catal. Inscr.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Excudebat Ioannes Chriſtophori
Anno M. DC. XX.

REVERENDO ADMODVM PRÆNOBILI, AC GENEROSO

Domino D. Edmundo Huyn ab Amſtenraet, Ordinis Teutonici Commendatori, Prouinciali apud Ioncetanos, familia FF. Capuccinorum Traiecti ad Moſam

S. P.

EGREGIO quidem (Generoſe Domine) grati animi in benefactorẽ teſtimonio, Seniores Iudæorum in Capharnaum Centurionem illum Romanum, pro ſua in ipſos beneficentia Saluatori impẽsà admodum commendarũt, pro ſalute ſerui qui illi pretioſus erat, rogantes: quia dignus eſt (aiebant illi) vt hoc illi præſtes, diligit enim Gentem noſtram, & Synagogam ædificauit nobis.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
23 A
44 M

liotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

9-5-46
L 66
D

K.34r.

ALTER
ALEXIVS
Natione Scotus,

NOBILI FAMILIA ORIVN-dus, nuper in Belgium felici S. Spiritus af-flatu delatus, & in familiam Seraphici Patris S. Franciſci Capuccinorum ad-ſcriptus, ſub nomine

F. ARCHANGELI.

In qua poſt varios virtutum agones beata morte conſummatus eſt; hic verò iucunda & pijs omnibus grata narratione exhibitus.

Opera V. P. F. Fauſtini Dieſtenſis eiuſdem Ordinis.

Coll. Rom. Soc. Jesu
Catal. Inscr.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COLONIAE AGRIPPINAE,
Excudebat Ioannes Chriſtophori
Anno M. DC. XX.

REVERENDO ADMODVM PRÆNOBILI, AC GENEROSO

Domino D. Edmundo Huyn ab Amſtenraet, Ordinis Teutonici Commendatori, Prouinciali apud Ioncetanos, familia FF. Capuccinorum Traiecti ad Moſam

S. P.

EGREGIO quidem (Generoſe Domine) grati animi in benefactorẽ teſtimonio, Seniores Iudæorum in Capharnaum Centurionem illum Romanum, pro ſua in ipſos beneficentia Saluatori impẽsà admodum commendarũt, pro ſalute ſerui qui illi pretioſus erat, rogantes: quia dignus eſt (aiebant illi) vt hoc illi præſtes, diligit enim Gentem noſtram, & Synagogam ædificauit nobis.

bis. At quænam obſecro, grati animi teſtificatio, par cenſenda erit meritis veſtris in ordinem noſtrũ Seraphicum? quam ſedulis precibus, repetito etiam per ſingulos dies ſacroſancto Miſſæ ſacrificio pro veſtra veſtrûmq; proſperitate & incolumitate apud Deũ & Dominum omnium inſtare debemus, quippe qui non Synagogam exiguam, ſed omnibus partibus abſolutiſſimum Monaſterium in celeberrima & Imperiali ciuitate Aquiſgranenſi à fundamentis ordini noſtro, vt in illo Fratres noſtri Domino famulentur, excitaſti, nec ſumptibus vllis parcens, nec labori: teſtari poteſt, qui tunc fabricæ præerat Frater, qui cernens expenſas excreſcere in nõ mediocrẽ ſummam, putauit hinc aliquoties monendam Generoſam Dominationẽ Veſt. ne ipſi nimium grauamẽ ſurreptitiè videretur intuliſſe, verum tantum abeſt, vt ad hoc attenderit, quinimò ad pergendum confidenter in

ter in opere incepto ſtimularit, nolens vllam ſumptuum à fratre haberi rationem: Congruens certè animo ad grandia nato generoſoq́; ſtemmate veſtro digna eſt tanta liberalitas, quam etiam Traiecti ad Moſam in dies experiuntur Fratres noſtri, nec illi ſolũ, ſed & plures alij de eadem ſibi gratulantur. Cæteri verò illam cum reliquis virtutibus animum veſtrum ornantibus ita ſuſpiciunt & venerantur, vt ſi aliquod dubium determinandum, aliquid arduum peragendum, aliquod diſſidium componendum fuerit, nõ aliam quam inſignem qua polles ſapientiam & prudentiam conſulendam putent, illaque ſola totum præſtari poſſe confidunt. Verum his omnibus omiſſis ſola benignitate veſtra & humanitate ſingulari attenta; alter hic Alexius noſter vili contectus tegmine ſancto, caleſcens flamine Patrocinium nobilitatis veſtræ efflagitat, imò de beneuolo affectu

veſtro iam ſecurus exultabundus in lucem prodit, non vt hoſpes & aduena, ſed ciuis Sanctorum & domeſticus Dei effectus. quam dignitatem voluntario exilio, & totius gloriæ mundanæ, quæ generis nobilitate, diuitijs & dignitatibus fulcitur, contemptu, ſibi comparauit. Inuitatus quidẽ iam ab aliquot annis fuerat à plurimis viris, pietate & doctrina præſtantibus, vt prodiret in publicum, fragrans enim odor ſinceræ eius ad Deũ conuerſionis & ſanctæ cõuerſationis, peruolarat ad non paucos præcipuos viros, qui ſingulari admiratione, ac ſpiritali cõſolatione res ab Alexio noſtro Archangelo geſtas recolentes iudicarunt, communi luce immeritò priuatum. Sed Patronus deerat, ſub cuius protectione luci ſeſe exponeret, Patronum autem tam fauorabilem ſortitus ſecurè nunc prodit, vt proſit etiã hac vita mortali functus pluribus ad ſalutem. Quid enim ad ſalutem magis effi-

cax exemplis piorum. Viua enim lectio eſt vita Sanctorum, inquit S.Gregor. Prodit igitur incultus quidem, vt decet exulem nuda veritate & ſimplicitate conſpicuus, quibus magis ſpecioſum ſe gratũque omnibus fore cõfidit, quàm ſi magis cõptus eſſet. Generoſæ nunc Dominationis Veſtræ erit, nec ipſum, nec nos qui eundem meritis veſtris præſentamus, aſpernari, péſando magis affectum quàm donum, & ita fiet, vt noſtræ in nobilitatem veſtram obſeruantiæ, debitæque gratitudinis cenſus augeatur.

EPISTOLA REVErendiſſimi Ruremundenſis ad R. Patrem Commiſſarium Generalem Fratrum Capuccinorum Prouinciæ Rhenanæ.

ADmodum Reuerende Pater. Deſiderant plurimi vt diſcurſus encomicus ſuper conuerſione & vita P. F. Archangeli typis excudatur: ſunt enim in eo plurima quæ ad ſæculi huius contemptum, ad certandum pro religione, ad exercitium veræ virtutis, & ad excitandam charitatem non ſegniter mouere poſſunt animos fidelium; eisq́ qui ſectariorum erroribus præuenti, ſed veræ fidei ſcintillis perſtricti, iam ſentire melius cœperunt, ſtimulos addere, vt de tenebris caput ſuum attollant, & ad germanæ lucis partes trãſeant. Miretur Scotia è tenebris ſuis tam lucidum ſidus exortum: videat Rex magnæ Britanniæ in ſuæ ſtirpis homine exemplum, quod in ſua ad amplectendam veritatem conuerſione debeat imitari. Ne ergo lumen

quod

quod ex S. Spiritus irradiatione noſtro ſæculo fulſit in Belgio intra Ordinis veſtri latebras contegatur; rogamus P.V. vt magni iſtius F. Archangeli, qui Teneramundani conuentus Capuccinorum Guardian⁹ obijt, Vita, prout à P. Fratre Fauſtino Craneo Dieſtenſi cōſcripta eſt, ad multorū vtilitatē imprimatur atq; euulgetur. Erit illa res non tantum Ordini veſtro honorifica, ſed & Eccleſiæ vtilis, Deoq; cuius ille munere tali ſanctitate reſplenduit gratiſſima. Reuerende admodum Pater, oro Deum, vt ſuum ſpiritū in R. Veſtra multiplicet ad multorum in Eccleſia vtilitatem & ſalutem. Ruremundæ 3. Nouemb. anno 1618.

Reuer. Paternitati V. & Ordini Seraphico addictus, Iacobus Epiſcopus Ruremundenſis.

APPROBATIO.

HIſtorica enarratio conuerſionis conuerſationiſque P. F. Archangeli, ex nobili ac illuſtri Scotiæ propagine, ob fidẽ Catholicam in prima ſua adoleſcentia, ad Belgium ſpontanei exulis & profugi, ac ſub habitu pauperis & egeni poſtmodũ ibidem ad ordinem PP. Capuccinorum admiſſi, & inter eoſdem exemplariter conuerſati, vti continens manifeſtum diuinæ vocationis documentum, nec non humilitatis ac patientiæ ſingulare exemplum, prælo digniſſima eſt,

Ita ſentio

Guilielmus Fexhius, S. Theol. Licent. Canonicus & Scholaſticus, inſignis Eccleſiæ S. Seruatij Traiecti ad Moſam.

ALIA

ALIA APPROBATIO.

VIta Reuer. P. F. Archangeli Capuccini à Reuerendo P. F. Fauſtino Dieſtamienſi Capuccino conſcripta, piè & fideliter imprimetur, admodum vtiliter Lectorem vtique delectatura, & ad virtutem excitatura, atque quidem fœcundius, ſi in varias linguas ea transferatur.

Paulus Paumenius S. Theol. Licent. Paſtor Eccleſiæ Parochial. S. Mathiæ Apoſtoli Traiecti ad Moſam, & ibidem inſignis Eccleſiæ Collegiatæ D. Seruatij Canonicus.

ALIA APPROBATIO.

VItam hanc R. Patris Archangeli à R. D. Patre Fauſtino Capuccino conſcriptam diligentiſſimè, & non abſq; magna animæ meæ compunctione & ædificatione legi, eamque reperi non modo Catholicam & ſanctam, ſed etiam ad fidelium animos, in hoc calamitoſo & miſeriarum pleno tempore, contra omnia aduerſa roborandos accommodatiſſimam; proinde omnibus modis dignam cenſeo, quæ typis excudatur, & ad omnium ſalutem ædificationemque euulgetur.

Andreas Ienthis Eccleſiæ B. Mariæ Vltraiectenſis ad Moſam Canonicus.

ALIA

ALIA APPROBATIO.

VItam R.P.Fr. Archangeli Scotiâ me infraſcripto nedum lectam, ſed ex autographo exemplatam, vt quæ vitam cuiuſque, quà informis, formandam; formatam verò conſeruare perdocet, prælo & vita dignam cenſeo

Leonardus Paludanus I.V.L.

FACVLTAS R. ADMODVM P.Gen.Ordin.Capucc.facta Patri Prouincial.Belgij.

P.R. Inſtant apud me Ampliſſimi DD. Conſules & Senatores ciuitatis Antuerpienſis, vt permittere velim typis mandari ſcriptum quoddã continẽs vitã F. Archãgeli Scoti ex ordine noſtro, & matris eius, qui ambo in partibus Belgicis vixêre & obiêre, propoſitis mihi vtilitate proximi & honore Dei, quę inde poſſunt reſultare, ſi in lucem edatur. Ego ergo vt præfatis Ampliſſ. DD. in petitione tam pia & iuſta faciã ſatis, acquieſco in gratiã ipſorũ. Committo autẽ Paternitati veſtræ, vt facta prius eiuſdem ſcripti per duos ex Patrib' noſtris, in hũc finẽ viſitatione & examine, ſi dignum iudicetur, typis mandari poſſit, & hoc ſit in reſponſum præfatis Ampliſſ. DD. Antuerpiẽſibus. Vale, & me precibus tuis cõmendatum habe. Salerno 20. Nouẽb. 1614.

V.R.P. Seruus

F. Paulus à Ceſenna Generalis.

ALIA

ALIA APPROBATIO.

CVm rerum ad actiones moreſq́ʒ noſtros pertinentiū, ratio è Sanctorū probatiſſimorumq́ʒ virorū exemplis potiſſimū petenda ſit; optimè faciūt qui illa ſtudio atqʒ induſtria ſua poſteritati cōſecrare ſtudet. Quod cū præſenti libello cui titulus eſt. Alter Alexius: *ſiue vita P. Archāgeli Forbeſij Scoti ordinis S. Franciſci Capuccinorū, viri cum virtutū omniū, tum imprimis mortificationis & contemptus ſui ſtudioſiſſimi præſtetur; poſt diligētem examinationē ab admodū R. P. Cypriano Antuerpienſi Commiſſario Generali huius Prouinciæ Rhenanæ, nobis infraſcriptis demandatam, digniſſimum cenſuimus, quod ad gratam Beati viri memoriam, & deuotionis noſtræ excitamentum luce donetur. Nihil enim continet orthodoxæ Catholicæ fidei, boniſq́ʒ moribus contrariū.*

F. Marcus Yprenſis Prædicator & FF. Capuc. Coloniæ Guardian.
Seraphinus Bruxellenſis Prædicator, & Pater ſpiritualis Confrat. S. Crucis Coloniæ.

F A-

FACVLTAS IMPRIMENDI *conceſſa à Superiore Prouinciæ.*

EGo F. Cyprianus Antuerpienſis, Exprouincialis Fratrū Capuccinorum Prouinciæ Belgicæ; pro tempore autem eiuſdem ordinis per tractum Rhenanum Commiſſarius Generalis, viſo grauiſſimo iudicio R. Domini D. Iacobi à Caſtro Epiſcopi Ruremundenſis, habitaque Cenſura aliorū Theologorū, de Vita Fr. ARCHANGELI Scoti, ordinis noſtri Sacerdotis conſcripta per Ven. P. Fauſtinum Dieſtenſem, præuio etiam eiuſdem vitæ examine, per duos ex noſtris Patribus, cum eandem repererim omnium præfatorū calculo, typis dignam; illā permiſi exire in lucē, ad Dei Opt. Max. gloriam & proximi ædificationē; facultate etiam mihi ſuper hoc facta ab admodum R. P. Paulo à Ceſenna nuper ordinis noſtri miniſtro Generali digniſſimo. Actum Coloniæ 20. Decembris, 1619.

F. Archan-

F. Archangelus fatur.

QValis erat, ſi fortè rogas, Archangelus ille
Quem Patrum noſtrorum aliquis depinxit, eidem
Credas Fauſtino, fauſta atque infauſta fidelis
Cuius in hoc calamus deſcripſit vera libello:
Siue, igitur Lector, maternum; ſiue paternum
Indagas genus; illuſtri ſum ſtemmate natus:
Quin me Gordonium Regum genuêre Scotorum
Sanguine progeniti; ſed Regum Rege vocante
Ad maiora, velut Romanus Alexius alter
Delicias & opes, patriam ſponſamq́ꝫ, parentes
Et quæ magna ſolet fallax promittere mundus
Omnia deſerui; peregrinus & indigus inter;

Ignotos latui, ſed notus cuncta videnti
Tandem, vt ſtricta Patris viuendi regula Diui
Franciſci placuit; paupertas, ſit mihi rerum
Copia; ſit bona menſa fames; contemptus honores
Fitq́; labor requies; Regumq́; corona cucullus.
Dumq́; placere Deo ſtudeo, nullusq́; videri
Inter mortales; mortalis vita perennem
In vitā mutata fuit; corpusq́; ſepulchro
Vt iacuit; vix vlla fuit mihi fama ſuperſtes
In terrâ, cuius fugi præconia viuus.
At pater ille, meos non vltimus inter amicos
Vt ſocij periÿſſe ſui cum funere nomen
Indoluit; totum voluit diſperſa per orbem
Nonnulla à tumulo; quæ mundo occulta volebam.
Non tamen hæc propter patefacta iraſcor amico

Eſt etenim ſancto liber aſſcribendus a-
mori
Quem ſcriptor cupiens hominum pro-
deſſe ſaluti
Edidit in lucem, vt Chriſti euulgaret
honorem
Si mea laus igitur legitur, laudetur Ie-
ſus
Fons & origo boni, in quem gloria cun-
cta redundat.

P. Paumœnius S.Th.L.

ALIVD.

A L I V D.

FAſtum, ſtemma, & opes contemnit cœtus auiti
Vulnigeri ſacer, interni ſua robora belli
Diris opponit furijs, & fortia carni
Frœna repugnanti quæ porrigat ille ſuperno
Lumine conductus fœlix Archangelus, omni
Hic pādit genti: ſileat modo blanda voluptas
Menſque elata crepat, procul hinc procul eſte proterui
Sectarij, vel eo veſtros, quo tramite miles
Strenuus hic Chriſti præceſſit figite greſſus
Nulli occluſa via eſt, gremium patet omnibus almæ
Eccleſiæ, Forbeis ſatus alto ſanguine ſontes
Allicit, vt reus ipſe prius, ſed fine beatus.

F. F. D. C.

Bene-

H*Iſtoricâ compendioſâq; narratiunculâ, ſtyloq; ad cōpunctionem tam n alijs quàm in me excitandā accōmodâ, deuotiſſimam, Religioſiſſimā & verè Chriſtianam F. noſtri Archangeli Scoti (ſecundū lineam paternā ex Forbeſia, ſecundū verò maternam ex Gordonica oriūdi) proſecuturus vitā, congruentiora quibus pietati tuæ inſinuaretur verba nō reperi illis quæ ex Eccleſiaſt. c. 45. mutuatur Eccleſia, dum prærogatiuas virtutū & gratiarū, quibus Pater luminum, à quo deſcēdit omne datū optimū, & omne donū perfectū; miſericorditer plures ſanctos præuenit; ob oculos imitādas, & expetendas fidelibus proponit.* Dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione eſt; ſimilē illū fecit in gloria Sanctorū: *Verba quidē ſimplicia Rhetoricæ fucis, ornatuq; nō permixta, quippe qui nec illi cui⁹ mores colūbini referūtur, nec mihi qui eiuſmodi relatione me, alioſq; pia quadā æmulatione ad eius imitationē prouocare intendo, cōgruant; ſed cœleſte & diui-*

diuinum ſpirantia, quibus proinde ad ſubiectam materiam applicatis, corda legentium quaſi quibuſdam ſtimulis cōpuncta, in lachrymas deuotionis ſæpius reſoluta fuêre. Quis talia fando temperet à lachrymis? Quis non miretur? quis non ſtupeat in nationem Scoticā noſtro hoc infelici æuo, in tot errores miſerabiliter abreptam, gratiam Spiritus ſancti tam ſingulariter Deum effundere voluiſſe? tam ſingulari dilectione eandem dignatum eſſe? vt ex ea non paucos elegerit, ſpecialiter verò Fratrem noſtrum Archangelum, ſimilem in gloria Sanctorum facere præordinauerit. Verè di-
Rom. 8. *lectus Deo fuit, quem tam ſingulariter*
Philip. 3. *Deus præſciuit & prædeſtinauit conformem fieri imaginis filij ſui. Cui dedit Deus illa quæ mundanis ſunt lucra, arbitrari propter Christum detrimenta, imò reputare vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaceret, vt inueniretur in Chriſto non habens fictitiam illam Sectariorum iuſtitiam, in ſola imaginatione ad inſtar Chymeræ conſiſtentem: ſed illam*
Gal. 5. *quæ ex fide eſt Chriſti, per charitatem*

ope-

perante,quæq́; ex Deo eſt iuſtitia in fi-
e ad cognoſcendū Chriſtum & virtu-
em reſurrectionis eius, & ſocietatem
aßionum illius, cōfiguratus morti eius.
ilectus proinde etiā hominibus quibus
: hac valle lachrymarum migrans in
frigerij locum & regnū electis paratū
conſtitutione mundi, tantum ſui deſi-
rium dereliquit. Similis meritò eſſe-
s in gloria Sanctorū, quorum virtu-
præclaras tam ſtrenuè & ſedulò fuit
ulatus, ſpecialiter verò B. Alexium
manum, vt meritò Alter Alexius vo-
i poßit. Singula autem hæc fuſius in
greſſu narrationis ſubſequentis, tibi
tor, conſtare poterunt. Aliquas porrò
aduertere poteris digreßiones, occa-
e incidētis materiæ oblatas, quas qui
ttendas fuiſſe iudicauerit, ſciat non
inſolitū apud hiſtoricos Scriptores
modi digreßiones, quibus vel nō vul-
bus perſonis de republica & de ſe o-
è meritis illud grati animi ſymbolū
bere voluerunt, vel hac varietate
oris animum recreare: Adde quod
pauci dolerent, ſi talia pœnitus
negle-

neglecta, poſteriſq́ ſubtracta fuiſſent, ſtyli me non tenuit cura, vtãtur elegãti, exculto ac phalerato quibus animus
Matt. 23. *magis eſt phylacteria ſua dilatare, & fimbrias magnificare, quàm veritatem referre: Franciſcanæ familiæ alumnum nõ decet hic cultus vel fucus: eloquio ſimplici, & de triuio vtendũ putaui veritati narrãdæ magis cõgruo, & veritatem ſimplicitatemq́ amantibus magis grato; vt ex toto hoc diſcurſu, quem non dubito Catholicis pariter ac pijs omnibus fore gratiſſimum, non nobis, ſed Deo ſit gloria, proximis autem propoſitum virtutum exemplar, Belgio noſtro exultatio, inclytæ ciuitati Antuerpienſi (quæ noſtrum Alexium prima excepit & fouit) gloriatio, Nobilitati, totiq́ Genti Scoticæ ſpes aliquando tandem poſt varios errores redeundi ad veram Chriſtianorum omnium matrem Eccleſiam Catholicam, vt habeat Deum in Patrem.*

Amen.

HISTO-

ISTORICA
RRATIO CON-
RSIONIS CON-
RSATIONISQVE

Archangeli Scoti Ordinis S. Fran-
Capuccinorum nuncupatorum,
& D. Margareta Gor-
dong matris eius

PRAEFATIO.

VAM mirabiliter,
quamq́; miſericor-
diter quotidiè vi-
demus impleri ver-
ba Redẽptoris no-
ibus Eccleſiã ex omni gente
cõgregandã olim prædicẽs:
ent (inquit) *ab Oriente & Oc-* *Luc. 13*
& Aquilone & Auſtro, & ac-
t in regno Dei, vt verè hoc ip-
gnum Dei dici poſsit, *ſimile* *Matt. 13.*
niſſæ in mare, & ex omni gene-
m congreganti? Et ab oriente
n & occidente quam multos

 legi-

legimus tam apud vetuſtos quàm recentiores Hiſtoriarum ſcriptores ad regnum Dei ſingulis mundi ætatibus à primo tempore reparatæ ſalutis ad nos vſque decurrentibus ſæculis vocatos? Quàm multos olim & etiam nunc ab Auſtro? Ab Aquilone autem num aliquid boni vnquam eſſe potuerit, merito quis in dubium vocet, cùm ſcriptũ ſit,
Ierem. 1. *ab Aquilone pandetur omne malum.* Verum neque Aquilonares immẽſa Dei bonitas voluit à ſanctæ ſuæ vocationis beneficio excluſos; ſed hos etiã Deus dignatus eſt ſua vocatione ſancta ad regnum cœleſte,
Rom. 5. apud hos etiam, *vbi prius delictum abundauit*, decreuit gratiam ſuam ſuperabundare, vt implerentur pro-
Gen. 22. miſsiones Dei. *In ſemine tuo* (Chri-
Pſal. 18. ſto) *benedicentur omnes gentes. In om-*
Eſai. 65. *nem terrã exiuit ſonus eorum. Inuentus ſum à non quærentibus me palam apparui his qui me non interrogabant;* vt hac ratione nulla gens hanc ex-
Matt. 20. cuſationem prætendere poſſet, *quia nemo*

nos conduxit. Non eſt propo-
ei nunc per omnes regiones
tes Aquilonares excurrere,
 earum annalibus annotare,
quales, & quanti ad Cœnam
rum agni vocati fuêre; vni
nc regno Scotiæ animus in-
e; quidque quod attinet
cationem Dei noſtris tem-
s, & hac nouiſſima mun-
a, circa ſingulares aliquas
as factam, breuiter expli-
c.

RCHANGELI PATRIA
& maternum genus.

CAPVT PRIMVM.

Egnum Scotiæ antiquum, &
atis notum, aliquot tam vi-
ilis, quàm fœminini ſexus
as, pietate, & ſanctitate exi-
ſtres, Regio etiam ſangui-
s, ad Belgicas Prouincias *Scotia plu-*
ei ſucceſſiuis ſæculis tranſ- *res San-*
quinimò & ſpontanea San- *ctos Bel-*
in Belgium peregrinatione *gio ſubmi-* *niſtrauit.*

 tranſ-

transfudiſſe, omnibus conſtare poteſt, tam ex Sanctorũ geſtis, quàm veris hiſtorijs: vt moribus bonis, monitiſq; ſalutis, populum incultum excolerent; & in denſis adhuc tenebris infidelitatis hærentem ad fidei lumen dirigerent; aut ſanè à ſemel concepta luce paulatim deficientem, ad eandem iterum atque iterum reuocarent, & in illa cõfirmarent. Quamuis autem ſeueritate diuinæ iuſtitiæ ita exigente, ab illo Scotiæ regno varijs hæreſibus implicito, fidei lux illa cæleſtis modo ſubtracta videatur: non tamen ita penitus intercepta, quin inter denſiſſimas errorum nebulas ſæpius erumpat, radioſq; ſuos fertilitatem ſpiritalem impertientes diffundendo, hinc inde inter zizania emergere & enaſci faciat plura grana triticea, in meſſem non aſpernandam; videlicet quo numero minorem, eo virtutibus pleniorem; quod ſi reliqua grana lolijs nimium excreſcentibus, aliquantulum, vel magna

Scotiæ lux fidei non omnino ſubtracta.

e

arte ſupprimi, inquinarive, nec
gere poſſe videãtur, benignus
t Deus, *potens de lapidibus ſuſci-* *Luc.3.*
filios Abrahæ, qui ſemen fidei
ſi ibidem extinctum tempore
gruo excitabit, germinare, &
tiplicari faciet. Non eſt huius
ſingula exemplis præteritæ be-
itatis confirmare: Omiſſis plu- *Maria*
s, vnum ſaltem, aut alterũ po- *Stuartis*
us à præſenti materia non a- *Scotiæ Re-*
m. Quàm electũ granum no- *gina ele-*
ætate fuit in vita ſua Sereniſſi- *ctum gra-*
Regina Scotiæ Maria, Sereniſſ- *num.*
næ Britanniæ Regis Iacobi
er? quàm fœcundum in morte?
us exemplo prouocati plures,
r alios verò aliquot etiam Ge-
ſiſſimi Proceres, Regio ſtem-
ſanguine iuncti, germani vi-
et Gordonici nominis fratres *Gordonici*
rſo tempore glorioſas animas *fratres glo*
ortem pro Dei gloria tradide- *riosè de-*
. Qui verò nunc ſupereſt Do- *functi.*
us, & pater Iacobus Gordonus *P. Iacobus*
tlæus, Fratris Archangeli a- *Gordonus*

Presb. Societ. Ieſu auunculus F. Archan.

uunculus, verus, & electus Dei Sacerdos; poſt multas quas pro fidelium conſolatione in Scotia perpeſſus eſt anguſtias, ſeniorum fratrum ſuorum morte ad ſe deuolutum familiæ ſuæ hæreditarium Marchionatum, eique à Politicis etiam oblatum fortiter recuſauit: eligens abiectus eſſe in domo Dei, atque in ſanctiſſima IESV Societate (cui ſe addixit, & in qua etiamnum militat) ſub iugo obedientiæ, longum, ſpontaneumque ducere martyriũ, atq; exilium, magis quàm in patrio ſolo temporalis potentiæ, & fœlicitatis habere iucunditatem. Fœlix ſtemma, ex cuius ſanguine propagata ſunt tot nobilia germina ſanctitatis: inter quæ non vltimum ſortiuntur locum Frater Archangelus, & eius genitrix, ſoror tam Illuſtrium fratrum. Num ſoror ſeparanda fuerit à participatione muneris ſacri ſuorum germanorum? an non datum fuit ei è cœlo aliquid etiam in hac regione coram

Marchionatum ſpernit.

Hebr. 11.

Mater F. Archan. ſoror præfatorum Gordonicorũ FF.

ocu-

ſs noſtris pro Chriſto pati?
ite paululum in hac narratiun-
, & videbitis Dei virtutem e-
entem in ſexu fragili, vbi prius
xeritis ortum, ac ſtemma fi-
us Ioannis Forbeſij, ab æter-
rædeſtinati in ſeruum] Dei,
s hiſtoriæ inſudámus, cu-
es geſtas Deo fauente inci-
ıs: planè, inquám, videbi-
rios caſus filij & matris, quan-
ſſa ſit hæç cum filio, ille cum
e.

ARCHANGELI GENVS
rnum, eius Pater hæreſi infectus,
s in eius matrem odium ob fidem,
repudium, Perſonarum diſpa-
ris cultus infauſta
coniugia.

CAPVT II.

YErmana itaq; illa pręmiſſorũ
fratrum ſoror, qui pro reli-
is auitę defenſione occubuêre,

diuinum ſpirantia, quibus proinde ad ſubiectam materiam applicatis, corda legentium quaſi quibuſdam ſtimulis cõpuncta, in lachrymas deuotionis ſæpius reſoluta fuêre. Quis talia fando temperet à lachrymis? Quis non miretur? quis non ſtupeat in nationem Scoticã noſtro hoc infelici æuo, in tot errores miſerabiliter abreptam, gratiam Spiritus ſancti tam ſingulariter Deum effundere voluiſſe? tam ſingulari dilectione eandem dignatum eſſe? vt ex ea non paucos elegerit, ſpecialiter verò Fratrem noſtrum Archangelum, ſimilem in gloria Sanctorum facere præordinauerit. Verè di-
Rom. 8. *lectus Deo fuit, quem tam ſingulariter*
Philip. 3. *Deus præſciuit & prædeſtinauit conformem fieri imaginis filij ſui. Cui dedit Deus illa quæ mundanis ſunt lucra, arbitrari propter Chriſtum detrimenta, imò reputare vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaceret, vt inueniretur in Chriſto non habens fictitiam illam Sectariorum iuſtitiam, in ſola imaginatione ad inſtar Chymeræ conſiſtentem: ſed illam*
Gal. 5. *quæ ex fide eſt Chriſti, per charitatem*

ope-

operante, quæq́ ex Deo eſt iuſtitia in fide ad cognoſcendū Chriſtum & virtutem reſurrectionis eius, & ſocietatem paßionum illius, cōfiguratus morti eius. Dilectus proinde etiā hominibus quibus ex hac valle lachrymarum migrans in refrigerij locum & regnū electis paratū à conſtitutione mundi, tantum ſui deſiderium dereliquit. Similis meritò effectus in gloria Sanctorū, quorum virtutes præclaras tam ſtrenuè & ſedulò fuit æmulatus, ſpecialiter verò B. Alexium Romanum, vt meritò Alter Alexius vocari poßit. Singula autem hæc fuſius in progreſſu narrationis ſubſequentis, tibi Lector, conſtare poterunt. Aliquas porrò hic aduertere poteris digreßiones, occaſione incidētis materiæ oblatas, quas qui omittendas fuiſſe iudicauerit, ſciat non eſſe inſolitū apud hiſtoricos Scriptores eiuſmodi digreßiones, quibus vel nō vulgaribus perſonis de republica & de ſe optimè meritis illud grati animi ſymbolū exhibere voluerunt, vel hac varietate Lectoris animum recreare: Adde quod non pauci dolerent, ſi talia pœnitus negle-

neglecta, poſteriſq; ſubtracta fuiſſent, ſtyli me non tenuit cura, vtātur elegāti, exculto ac phalerato quibus animus
Matt. 23. *magis eſt phylacteria ſua dilatare, & fimbrias magnificare, quàm veritatem referre: Franciſcanæ familiæ alumnum nō decet hic cultus vel fucus: eloquio ſimplici, & de triuio vtendū putaui veritati narrādæ magis cōgruo, & veritatem ſimplicitatemq; amantibus magis grato; vt ex toto hoc diſcurſu, quem non dubito Catholicis pariter ac pijs omnibus fore gratiſſimum, non nobis, ſed Deo ſit gloria, proximis autem propoſitum virtutum exemplar, Belgio noſtro exultatio, inclytæ ciuitati Antuerpienſi (quæ noſtrum Alexium prima excepit & fouit) gloriatio, Nobilitati, totiq; Genti Scoticæ ſpes aliquando tandem poſt varios errores redeundi ad veram Chriſtianorum omnium matrem Eccleſiam Catholicam, vt habeat Deum in Patrem. Amen.*

HISTO-

HISTORICA NARRATIO CONVERSIONIS CONVERSATIONISQVE

P. F. Archangeli Scoti Ordinis S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum, & D. Margaretæ Gordong matris eius

PRAEFATIO.

QVAM mirabiliter, quamq; miſericorditer quotidiè videmus impleri verba Redẽptoris noſtri, quibus Eccleſiã ex omni gente & loco cõgregandã olim prædicẽs: *Et venient* (inquit) *ab Oriente & Occidente, & Aquilone & Auſtro, & accumbent in regno Dei*, vt verè hoc ipſum regnum Dei dici poſsit, *ſimile ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti?* Et ab oriente quidem & occidente quam multos legi-

Luc. 13

Matt. 13.

legimus tam apud vetuſtos quàm recentiores Hiſtoriarum ſcriptores ad regnum Dei ſingulis mundi ætatibus à primo tempore reparatæ ſalutis ad nos vſque decurrentibus ſæculis vocatos? Quàm multos olim & etiam nunc ab Auſtro? Ab Aquilone autem num aliquid boni vnquam eſſe potuerit, merito quis in dubium vocet, cùm ſcriptũ ſit,
Ierem. 1. *ab Aquilone pandetur omne malum.* Verum neque Aquilonares immẽſa Dei bonitas voluit à ſanctæ ſuæ vocationis beneficio excluſos; ſed hos etiã Deus dignatus eſt ſua vocatione ſancta ad regnum cœleſte,
Rom. 5. apud hos etiam, *vbi prius delictum abundauit,* decreuit gratiam ſuam ſuperabundare, vt implerentur pro-
Gen. 22. miſsiones Dei. *In ſemine tuo* (Chri-
Pſal. 18. ſto) *benedicentur omnes gentes. In om-*
Eſai. 65. *nem terrã exiuit ſonus eorum. Inuentus ſum à non quærentibus me palam apparui his qui me non interrogabant;* vt hac ratione nulla gens hanc ex-
... 20. cuſationem prætendere poſſet, *quia nemo*

nemo nos conduxit. Non eſt propoſiti mei nunc per omnes regiones & gentes Aquilonares excurrere, nec ex earum annalibus annotare, qui, quales, & quanti ad Cœnam nuptiarum agni vocati fuêre; vni pro nunc regno Scotiæ animus inhærere; quidque quod attinet ad vocationem Dei noſtris temporibus, & hac nouiſſima mundi hora, circa ſingulares aliquas perſonas factam, breuiter explicare, &c.

F. ARCHANGELI PATRIA & maternum genus.

CAPVT PRIMVM.

REgnum Scotiæ antiquum, & ſatis notum, aliquot tam virilis, quàm fœminini ſexus perſonas, pietate, & ſanctitate eximia illuſtres, Regio etiam ſanguine claras, ad Belgicas Prouincias nutu Dei ſucceſſiuis ſæculis tranſmiſiſſe, quinimò & ſpontanea Sanctorum in Belgium peregrinatione *Scotia plures Sanctos Belgio ſubminiſtrauit.*

transfudiſſe, omnibus conſtare poteſt, tam ex Sanctorũ geſtis, quàm veris hiſtorijs: vt moribus bonis, monitiſq; ſalutis, populum incultum excolerent; & in denſis adhuc tenebris infidelitatis hærentem ad fidei lumen dirigerent; aut ſanè à ſemel concepta luce paulatim deficientem, ad eandem iterum atque iterum reuocarent, & in illa cõfirmarent. Quamuis autem ſeueritate diuinæ iuſtitiæ ita exigente, ab illo Scotiæ regno varijs hæreſibus implicito, fidei lux illa cæleſtis modo ſubtracta videatur: non tamen ita penitus intercepta, quin inter denſiſſimas errorum nebulas ſæpius erumpat, radioſq; ſuos fertilitatem ſpiritalem impertientes diffundendo, hinc inde inter zizania emergere & enaſci faciat plura grana triticea, in meſſem non aſpernandam; videlicet quo numero minorem, eo virtutibus pleniorem; quod ſi reliqua grana lolijs nimium excreſcentibus, aliquantulum, vel magna

Scotiæ lux fidei non omnino ſubtracta.

ex

ex parte ſupprimi, inquinarive, nec exurgere poſſe videãtur, benignus viuit Deus, *potens de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ,* qui ſemen fidei quaſi ibidem extinctum tempore congruo excitabit, germinare, & multiplicari faciet. Non eſt huius loci ſingula exemplis præteritæ benignitatis confirmare: Omiſſis plurimis, vnum ſaltem, aut alterũ ponamus à præſenti materia non alienum. Quàm electũ granum noſtra ætate fuit in vita ſua Sereniſſima Regina Scotiæ Maria, Sereniſſ. magnæ Britanniæ Regis Iacobi mater? quàm fœcundum in morte? Cuius exemplo prouocati plures, inter alios verò aliquot etiam Generoſiſſimi Proceres, Regio ſtemmati ſanguine iuncti, germani videlicet Gordonici nominis fratres diuerſo tempore glorioſas animas in mortem pro Dei gloria tradiderunt. Qui verò nunc ſupereſt Dominus, & pater Iacobus Gordonus Huntlæus, Fratris Archangeli a-

Luc. 3.

Maria Stuartis Scotiæ Regina electum granum.

Gordonici fratres glorioſè defuncti.

P. Iacobus Gordonus

Presb. Societ. Ieſu auunculus F. Archan. uunculus, verus, & electus Dei Sacerdos; poſt multas quas pro fidelium conſolatione in Scotia perpeſſus eſt anguſtias, ſeniorum fratrum ſuorum morte ad ſe deuolutum *Marchionatum ſpernit.* familiæ ſuæ hæreditarium Marchionatum, eique à Politicis etiam oblatum fortiter recuſauit: eligens abiectus eſſe in domo Dei, atque in ſanctiſſima Iesv Societate (cui ſe addixit, & in qua etiamnum militat) ſub iugo obedientiæ, longum, ſpontaneumque ducere martyriũ, atq; exilium, magis quàm in patrio ſolo temporalis potentiæ, & fœlicitatis habere iucunditatem. Fœlix *Hebr. 11.* ſtemma, ex cuius ſanguine propagata ſunt tot nobilia germina ſanctitatis: inter quæ non vltimum *Mater F. Archan. ſoror præfatorum Gordoniorũ FF.* ſortiuntur locum Frater Archangelus, & eius genitrix, ſoror tam illuſtrium fratrum. Num ſoror ſeparanda fuerit à participatione muneris ſacri ſuorum germanorum? an non datum fuit ei è cœlo aliquid etiam in hac regione coram

ocu-

oculis noſtris pro Chriſto pati? pergite paululum in hac narratiuncula, & videbitis Dei virtutem eminentem in ſexu fragili, vbi prius inſpexeritis ortum, ac ſtemma filij eius Ioannis Forbeſij, ab æterno prædeſtinati in ſeruum] Dei, cuius hiſtoriæ inſudámus, cuius res geſtas Deo fauente incipimus: planè, inquám, videbitis varios caſus filij & matris, quanta paſſa ſit hæç cum filio, ille cum matre.

F. ARCHANGELI GENVS *paternum, eius Pater hæreſi infectus, Patris in eius matrem odium ob fidem, & repudium, Perſonarum diſparis cultus infauſta coniugia.*

CAPVT II.

GErmana itaq; illa pręmiſſorũ fratrum ſoror, qui pro religionis auitę defenſione occubuêre,

teneris ab annis cœleſti ſponſo deſponſari cupiens, miro afficiebatur amore virginitatis: iamq́ue nubilis effecta, omnibus votis in aliquo religioſo ordine virginitatem ſuã Deo conſecrare intendebat; ſi non in ſua, ſaltẽ in patria aliena. Quem animi ſui conceptum vbi quadam die indicaſſet matri ſuæ, accepta alapa, paſſa eſt ab ea repulſam talibus verbis; Duæ ſolum mihi ſunt filiæ, ſi vna facta moniali, moriatur altera, quæ pars remanebit meæ ſobolis, cùm filij mei animo ſpontaneo paſſim diræ ſe deuouent morti. (ſic nempe mundani homines perditas proles putant dum Deo conſecrantur) his auditis filia ſubticuit, nihilominus matris obſtante voluntate fieri poterat, vt illa ſeruaſſet virginitatem, niſi Rex, & propinqui hui⁹ virginis in ſanguine Principes etiam obſtitiſſent; cuius authoritate & quorum conſilio data fuit nobilis puella in matrimoniũ Comiti ſiue Baroni de Forbes, diuiti,

Margareta Gordone virginitatẽ Deo conſecrare intendit.

Alapam accipit à matre ob hanc cauſã

Traditur Forbeſio

diuiti, & potenti in poſſeſſionibus, & Dominijs, quamuis nobilitatis inferioris: ſic parentum voluntate S. Eliſabet filia Regis Hungariæ, licet cœleſti ſponſo virgo deſponſari optaret, Lantgrauio Turingiæ in coniugem eſt copulata. Data eſt autem Margareta Forbeſio in coniugem, ad ſedandas quæ erant inter vtramque familiam inimicitias. Succeſſu autem temporis (Forbeis præter primogenitum & aliquot filias) ex hac Illuſtri matrona ſuſcepit natu ſecundum filium Ioannē de Forbeis, qui mutato poſtmodum nomine de more in ingreſſu ordinis Fratrum Capuccinorū, vocatus eſt Frater Archangelus. Merito illuſtrem dixerim matronam, quippe quæ ex ſanguine eſt Regio Stuardico, cuius ex propinquis anteceſſoribus, vnus apud Scotos non ignotus heros, duxerat filiam Regis Scotiæ.

in matrimonium id volente Rege & propinquis eius.

de Forbeis Pater F. Archangeli.

F. Archangelus Stuardico ſtēmati ſanguine iunctus.

Pater Archangeli ex nobili ſatis familia Scotiæ de Forbes originem

nem trahens, prædiues quidem in terrena ſubſtātia, ſed, quod dolendū, nimis inops in anima, [quia pertinaciter hęreticus. Mater ab infantia ſemper Catholica, nomine Margareta Gordong, filia Marchionis de Huntle, qui poſt nefariā interēptionem Regis Scotię, Regnū Scotiæ vt Princeps Regi ſanguine proximus gubernauit, & tanquā bonus Catholicus Reginā tunc regentē relictā viduā, Chriſtiq́; poſtmodum martyrē fideliter iuuit. Ipſo viuēte regnum illud in fide Catholica permanſit, ſed eo capto, moxq́; decapitato, factione illegitimi filij Regis occiſi, ad ritū hæreticorū tranſijt. Porro inimicitię matrimonio ſedatæ, ſucceſſu temporis repullularūt, maximè contra matrē noſtri F. Archangeli. Nam euolutis tandem aliquot annis, cùm plurima à viro ſuo perpeſſa eſſet, ob eam cauſam prȩcipuè quod cōſtanti animo perſiſteret in fide Catholica, ab eo repudiata eſt, qui poſt fruſtrà tentatum

Margareta cōſtāter & piè catholica, filia Marchionis Huntlæi.

Quantus & quam verus Orthodoxus fuerit præfatus Marchio.

Repudiatur mater

varijs

varijs modis ſuæ coniugis propoſi- tum, duxit alteram ſuæ ſectę moribuſque conuenientem. Hæc accepto repudio pro fide profuga hinc inde inter notos & cognatos ad tẽpus delituit, fœtu digniſsimo Ioanne nimirum Forbeſio grauida. Libeat paululum immorari calamitatibus, quas Domina Margareta ſuſtinuit in ſua & filij ſui perſona prægnãs, vt fideles quiq́; Catholici in preſſuris ſuis tali confirmentur exemplo. Et vt pariter diſcãt parẽtes, quã luctuoſum exitũ ſortiãtur matrimonia, quæ inire cogũt liberos ſuos cũ perſonis diſparis cultus. Sapienter omnino aiebat aliquis, *ꝗ ſi vis aptè nubere, nube pari*; quod pręceptũ Lacedæmonij in diſparitate ætis parui momenti, ita exactè ſeruari voluerũt, quod teſte Plutarch. de filijs educ. Rex eorũ Archidamus; cũ deſponſaſſet ſibi vxorẽ humilioris ſtaturę, mulctatus fuerit ad quã ſummã aureorũ perſoluẽdã, cauſantes quod hac ratione cogitaſſet

F. Archangeli, ob fidẽ, prægnans.

Luctuoſa coniugia cum hæreticis.

Mulctatur Archidamus Rex quod pari non nupſiſſet.

ſet gignere Reipubl. non Reges, ſed Regulos. Qua verò mulcta ſdigni cenſendi ſunt, qui nulla habita ratione religionis, ſed diuitiarum, & nobilitatis tantum, nihili faciunt, quod filij & filiæ hæreticis coniungantur? At quæ maior diſparitas quàm cultus? Quis magis alienus cenſendus, quàm religione ab alio diſcretus? Quomodo verò parentibus auctoribus & promotoribus ineuntur à filijs eiuſmodi connubia? *Si communicabit lupus agno aliquando ſic peccator iuſto. Quæ communicatio ſancto homini ad canë?* Merito Apoſt. *Nolite*, inquã, *ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem conſenſus templo Dei cum Idolis, vos enim eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Dominus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. Si quis autem templum* Dei

Grauiter reprehendendi qui Catholici, qui filios hæreticis iungunt.

Eccl. 3.

2. Cor. 6.

Leuit. 26.

1. Cor. 3.

Dei violauerit, diſperdet illum Deus. Merito Scriptura, *Non ingrediemini ad eas, neque de illis* (alienigenis) *ingredientur ad veſtras, certiſſimè enim auertent corda veſtra, vt ſequamini Deos earum.* Sed eſto nullum ſit fidei periculum, quod conſtans animus cauere non poſſit (licet experientia contrarium ſępius oſtenderit.) Quæ pax? quæ poteſt eſſe amicitia inter coniuges tanta contrarietate ab inuicem diſſidentes? Deinde quid erit de filijs ex eiuſmodi matrimonio procreandis? an non periculo certiſſimo hęreſis contrahendæ omnes expoſiti ſunt? imò an non ſuper hoc inter eiuſmodi coniuges diſparis cultus, ita ſæpius cõuenitur, vt maſculi Patris Fœminæ matris religionem ſequi debeant? Huiuſmodi verò cõuentione quid crudelius? quid funeſtius? quid magis impium? crudelius, inquam, & funeſtius; filios procreare, ex condicto parẽtum æternis ignibus cremandos, & à Dæmone excarnificandos

3. Reg. 11.

Periculũ liberorum ex cõioug cum hæreticis.

candos, magis impium autem, dum parẽtes tam nullam honoris, & cultus diuini habent rationem, quod nullus delectus ipſis ſit, quàm religionem filij amplectantur.

Nulla cautela huic periculo prouidet. Dicent fortè tepidi, & remiſſi hi in fide coniuges ab eiuſmodi conuentione cauebimus, ſedulo curabimus liberos Catholica fide imbui. O quã periculoſa & dubia res iſta eſt? Et quis ſcit, num coniunx hæreticus potentior ſit futurus Catholico ad perſuadendũ filijs? Quis ſcit num affectus carnalis cũ innata propenſione ad malũ efficacior ad hæreſim ſit futurus, quam rationes veræ fidei ad fidem in filijs plãtandam? Tãdem quæ ſpes probè & piè educandi proles, vbi vir & mulier tam repugnantes ſectantur & profitentur ſententias? *Eccl. 34.* Vnus ædificans, & vnus deſtruẽs, quid prodeſt illis niſi labor? vnus orans, & vnus maledicens, quem exaudiet Dominus? Hæc autem addenda putaui, non quod puellam doli hac in parte in-

te incapacem, & parentibus ſimpliciter obedientem tranſgreſſionis arguam; ſed vt ſciant Catholici quã meritò ſint interdicta eiuſmodi cõnubia, & quàm infauſta etiam liberis iuſſu parentum inſonter contrahentibus.

VARIAE PERSECVTIONES matri F. Archangeli intentatæ, variæ inſidiæ.

CAPVT III.

VIdeamus nunc quò dementiæ peruenerit [furor] inhumani mariti & patris Ioannis Forbeſij, qui diro concepto odio vxori ſuæ legitimæ parauit infeſtationes & inſidias plurimas, quibus ſucceſſu quem ſperabat fruſtratis magis exacerbatus mortem etiam cõiugi inſidioſè tentauit inferre, nec ſatis fuit exulcerato hæreſi animo datus libellus repudij ratione fidei, & circa eandem inter illos diſſidij, illa conſtanter auitam fidem Romanam

manam retinente, illo obſtinatè Ptoteſtantium Anglicanam hæreſim profitẽte: vlterius deſæuit maleſuada nocendi cupido: Cùm enim deſolata matrona, quaſi vagabunda, ſuos hincinde pro ſolatio ſui mœroris inuiſeret propinquos, deducta ab illis honeſto comitatu in via publica, ſuus eam maritus tertiò cum aliquot ex ſua factione equitibus inuadens, quidquid habebat ſupellectilis, abſtulit, fortè ſolo quo tegebat humeros, relicto mantello, eo fine, vt toties vexatam à fidei conſtantia remoueret.

Spoliatur Margareta Gordong à marito ſua ſuppellectili.

Venenũ ei paratur.

Conuocatis deinde ſuis familiaribus, exulceratiq́ue animi ſui acerbitate eiſdem manifeſtata ex eorũ conſilio ſtatuit cõiugi ſuę legitimę miſcere venenũ, decernitur dies qua ſimulato vultu pacem, amicitiamq́; promittat, conuiuium lautum, lætumq́ue paratur, quo ſimul epulari delectet in ea arce, qua iam vxoré detineri curauerat, geſtantem in vtero abſconditum theſaurum ani-

mati

matĩ fœtus, vt vtriq; necem ſimul inferret. Verum miſericors Deus (qui longè aliud de puero hoc & de matre & ab æterno præordinauerat) diſſipauit conſilium iniquũ, mouitq́ue ex inopinato mentem v-nius ex complicibus enormis ſceleris huius inuentoris, qui miſericordia motus, ante mediam noctẽ venit ad arcem, ſcalaq́; ad feneſtrã cubiculi huius captiuæ admota, deteſtans tam enorme crimen, manifeſtauit ei omnem dolum, in diem ſequentem paratum. *Inſidiæ reuelãtur.*

Quibus auditis, expauit illa vehementer, crudele ſibi, ſuoq́ue fœtui imminens exitium, initoq́ue mox cõſilio, cum fido ſuo nuncio, rogauit orto iam die prçfectum arcis, vt deambulationis gratia permitteret ſe deduci ad vicinũ caſtellũ cuiuſdã ſui propinqui, quod inde diſtabat duabus ſolũ leucis, idq́; facilè obtinuit, quia experiẽtia didicerat præfectus fideliter illam aliquoties eſſe reuerſam, poſtquam

ani-

animum modico itinere, comitibus paucis ſtipata recreaſſet. Sed vbi cauſam ſui aduentus propinquo ex genere ſuo manifeſtaſſet, ſub tutela ipſius pro tempore remanſit, merito redire renuens cum ſuo cuſtode, illuſumque relinquens maritum; qui grauem hinc incurrit indignationem conſanguineorum ſuę coniugis, ac longæ exinde exortæ inimicitiæ, cogitantibus illis vindictam exigere, ſiue violenter & palam, ſiue occulto dolo, niſi Regis mandato, & ſedula conſilij ſui vigilantia congreſſus impeditus fuiſſet.

NOVAE MACHINATIONES in vitam, nouæ inſidiæ in honorem matronæ huius, & diaboli tentationes.

CAPVT IV.

FRuſtra ergo tẽtatis his inſidijs, putatis deſtitiſſe à nefario conatu, aut quieuiſſe ab odio ferocien-

cientem mariti animum? Sanè, etſi aliquantulũ, falſa ſimulatione, ſublata videretur prior illa, & obſtinata mentis auerſio; cœca tamen, & æſtuans in adulteram libido, quæ ſociam non patitur, rurſum furit, inueſtigat circumquaque, & luſtrat omnia; nocendi peremendiq́; opportunitatem expectans, ſerui Domini iniqui, æquè ac Dominus inuigilant; vt oportuuè afflictam matronam perimant, & penitus è medio tollant. Inuentam namq́ue ſereno quodam die in montis cacumine, ſe animumq́ne ſuum triſtiſſimum vtcunque recreantem, maritus præcipiti fremens ira, atramq́ue ſpirans rabiem, huius opportunitatis factus certior, velociq́ue inſidens equo accurrens, ab alto illo montis vertice conatus fuit præcipitare vxorem in flumen, radicibus montis huius contiguum, ſubmergendam, rapidiſq́ue obuoluentibus, vndarum vorticibus abſorbendam, forte

Simulat maritus qualĕcunque odij depoſitionem.

Præcipitare in flumen vxorem tentat.

fortè vti probabile eſt ſpem habẽs, quod hinc inde rumore ſparſo, caſu eam ibi cecidiſſe ſe necis huius reũ non habendum, verum illa dum labi inciperet, inuocato auxilio diuino, & Virginis matris Dei; incolumis ſeruata fuit etiam illa vice; Interim confuſus intra ſe inſidiator, & ſubito terrore correptus diſceſſit.

Inuocato Deo per Virginem liberatur.

Altera vice cùm ſubornaſſet nobilem ſibi propinquum, qui falſo perhibito teſtimonio accuſaret eá concepiſſe ex adulterio, eiuſcemodi falſitatis præſidio elatus, omninò perſuaſum habebat ſe obtinere poſſe à miniſtris hæreticis (etiam Euangelio contradicente) facultatem retinendi vxorem adulteram, & apud vulgus facti ſui plauſibilem aliquam rationem: Verũ cùm obiectum crimen probari nõ poſſet, alium prætextum excogitauerunt iniqui Iudices, facultatis Forbeſio faciendæ, ineundi ſecundas nuptias priori viuente vxore; decre-

creuêre enim ob pertinaciam primæ vxoris inſectanda fide Catholica, Papiſtica (vt vocant;) maritum tuta conſcientia potuiſſe accipere ſecundam vxorem, non ſolum occultè, ſed & modo hāc publico, ac ſolemni ritu eandem ducere, eo quod prior demerito ſuo apud ipſos reputabatur mortua coram Deo in anima, omniq́ue ignominia digniſsima. Elucente dein virtute & conſtantia nobilis huius fœminæ inter tot perſecutiones, & maleuolorum hæreticorū inſidias, quibus tam illuſtris efficiebatur, vt etiam inimicis ipſis admirationi foret; ſæpius expetita fuit à nobilioribus perſonis (hæretica tamen labe infectis) in matrimoniū; quaſi licitum prætextu accepti à marito repudij, paſſæq́ue ab eo iniuriæ iuſtiſſimè ineundum; ſed fidei coniugalis memor, caſtitatiſq́ue pręſidio munita mulier, nulla vnquam ratione induci potuit, vt tale nefas committeret, aut Chriſtianam puri-

rita-

ritatem, decuſq́; Catholicum contaminaret: eligens magis inſtar gemebundæ turturis, in vita ſolitaria permanere, quàm viro ſuo fœdis voluptatibus ſordeſcenti, luxuriæq́ue tam nefariæ immerſo, fœdifraga reputari, & liberos proprios tãto dedecore afficere, proditurũq́; iam iam in lucem Ioannem Forbeſium prolem ſuam vltimam tenerrimè dilectam, turpi macula ex ſe notare. Hos omnes importunè & maleſuadentium hominum contra ſe inſultus, fortis hæc mulier corde magno, & animo volenti ſuſtinuit. Et quidem tempore non modico tulit omnia propter ſpem Iſrael, præbitura fortè exemplum ſuis natis, & veris ibi Catholicis. Bone Ieſu quam varijs in hac vita exerces electas à te animas paſſionum afflictionumq́ue concuſſionibus, vt in aliquo ſacræ tuæ paſſioni conformentur?

Natum

NATVM F. ARCHANGELVM matri Pater eripit in hæreſi educandum, mater curam filij abſentis non dimittit.

CAPVT V.

EVoluto tandem pariendi tempore, cùm in noua preſſura & anguſtia nobilis hæc puerpera enixa eſſet, prędilectum ſibi infantem Ioannem Forbeſium omni adhibita cura & diligentia enutriuit, proprijſque vberibus lactauit, è quibus hauſit profectò naturalem indolem bonitatis ſuæ matris. Non ignorabat matrona nobilis non parum ad pietatem teneriori ętati inſinuandam, cuius nutricis lacte infantuli enutriti concreſcant, propterea non graue illi fuit lac puero præbere, qnem de viſceribus ſuis gignendo eidem ſubſtantiam corpoream miniſtrauerat, in quo multum reprehenſibiles ſunt nobilio-

D. Margareta lactat filium F. Archangelum.

liores fœminæ, quibus moleſtum nimis videtur vbera præbere eis quos genuerunt, vnde etiam alijs mulieribus eos alendos committunt, ex quo fit, vt ſæpius peruerſos mores nutricum cum lacte pueri imbibant. Vt verò pater intellexit vxorem ſuam hanc legitimam ſibi peperiſſe prolem maſculam, intra ſe reuerſus cœpit anxius cogitare de ſucceſſore legitimo hæreditarij dominij ſui, ſi fortè primogenitus ſuus moreretur, vel paternam vitam exoſus aufugeret (qui quidē metus breui facto interuallo ipſum non fefellit). exiſtimauit itaque conſultius in omnem euentum fore, vt poſtquam ablactata eſſet hæc nata proles, ſiue vi, ſiue dolo à matre auelleretur, & apud ſe educaretur: ſuper hoc autem habito amicorum conſilio ſuaſerunt mentis hunc ſuæ conceptum opportunè adimplendum eſſe: quod ita factum eſt, nam quanto eius ablactatum filium abripi curauit pater

Pater eripit matri prolem natam.

&c ſibi

& ſibi deferri, doléte nimis matre, vt æquum erat ob futuram prolis educationē: quam tam aſſiduè Deo precibus commendabat. Fœlix ſanè puer, qui pro iuſtitia cœpit, vt verus Dei prouidentia futurus Catholicus, tam tenellus in ſe & matre pati. Sic ergo exerceri incipit, atque à matris vberibus auelli, agnus inter lupos vulpeſque alendus. Sicut enim antequam luci daretur luci viſibili, ipſum ſubtrahere ſæpius tentarunt, ſic procedente ætate luce interna orbare omni ſtudio conati ſunt nequiſſimi illius Naaz exemplum imitati, & vſu aſtu qui Iſraelitis aiebat, in hoc feriam vobiſcum fœdus, vt eruam omnium veſtrum oculos dextros. Attamen nec manus omnipotentis nec ſedula cura matris puero vnquam defuit. Creſcente namque puero ætate & vigore rationis, ſecretis monitionibus per fideles nuncios frequenter ad fidem Catholicam ſollicita genitrix illum eſt adhortata, & à pro-

Mater curat prolem abſentē ne à fide deficiat.

à proteſtantium hæreticorum, patriſque ſui errore ſedulò dehortata, tenellam ætaté ſaltem fluctuantem reddere ſatagebat, ne hæreſim imbiberet in eaque conualeſceret, probè conſcia, quod quò fuerit imbuta recens ſeruabit odorem teſta diu.

Quantũ referat educatio puerorum in fide & timore Dei. O quantum in ſimili negotio inuigilandum parentibus hoc infœlici ſæculo, in quo promiſcuè cum Catholicis hæretici conuerſantur, & impunè graſſantur, ne filiorum ſuorum bonos mores corrumpant colloquia praua hæreticorum. Sermo enim illorum, teſte Apoſtolo, *2. Tim. 2.* vt cancer ſerpit. Non ſufficiat parentibus genuiſſe filios ſecundum carnem, ſi in Chriſto eoſdem gignere negligant, parentibus hæc cura committitur, *Erudi filium tuum*, *Prou. 19. & 29.* inquit Sapiens, & Eccleſiaſticus, *Eccl. 7.* *Filij tibi ſunt, erudi illos, & curua illos à pueritia earum*: meritò à pueritia, ea enim ætate puerorum mentes ſunt ad inſtar tabulæ dealbatæ, ad ima-

gine

ginem quamlibet in ſe recipiendam præparatæ, adinſtar lanæ candidæ nullo adhuc colore infectæ, adinſtár teneri virgulti, quod in omnem partem nullo negotio inflecti poteſt, quibuſcunque autem imaginibus vel doctrinæ coloribus inflexionibuſve fuerint præoccupatæ, tenaciter eiſdem inhærent. Si ergo filios amant, quæ Dei ſunt illos doceant, vt enim inquit Eccleſiaſticus: *Qui habet miſericordiam docet & erudit quaſi paſtor gregem ſuum.* Eccl. 18. Quia certum eſt, quod ſicut rami arboris fructificare nequeunt, niſi radicibus & trunco vitalem ſuccum miniſtrantibus, ita nec filij virtutum fructibus non ornantur, niſi parentes eiſdem miniſtrent vitalem ſuccum probæ educationis, & ſanctæ diſciplinæ; miniſtrent autem non minus exemplis quàm verbis, ad opera enim magis attendunt inferiores omnes, quàm ad verba, & facilè à malis pueri abſti-

nent, ſi eadem parentibus horrori eſſe conſpexerint, ſin autem à malis non viderint parente abſtinere, ſpectandi conſuetudo etiam imitandi licentiam ſumit, inquit Valer. Max.

Institutione puerorum parentes ſibi & filijs conſulunt. In hac autem inſtitutione parētes non tantum liberis; ſed etiam maximè ſibi proſunt & conſulunt tam apud Deum quàm apud homines. Apud Deum quidem magnum augmentum ſibi comparando, teſtatur hoc Scriptura Gen. 17. in Abraham contigiſſe: *Num celare* (inquit Deus) *potero Abraham quæ geſturus ſum? Scio enim quod præcepturus ſit filijs ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam Domini, & faciant iudicium & iuſtitiam.* Apud homines autem, quia *gloria patris eſt filius ſapiēs,* *Prou. 18.* è contrario *dolor patris filius ſtultus.* *Eccl. 11.* Hinc Eccleſiaſticus, *Ante mortem* (inquit) *ne laudes quemquam, quoniam in filijs ſuis agnoſcitur vir:* & rurſus alibi: *Ne iucunderis in filijs impijs ſi multiplicentur, nec oblecteris ſuper illos,*

illos, ſi non eſt timor Dei in ipſis, non credas vitæ illorum, id eſt, non fidas: etiamſi videas eos valentes & fortes, *& ne reſpexeris in labores eorum* (quibus ſcilicet egregia & magna præſtant, per quæ nomen tibi ſuperſtiturum proinde ſperes. *Melior enim eſt vnus timens Deum quàm mille impij: & vtile eſt mori ſine filijs quàm relinquere filios impios.* Impij enim parentes inhoneſtant, & vindictam Dei prouocant. Ne ergo parentes impios relinquant filios, ab infantia doceant eos timere Deum. Cogitent quod ſi tam ſolliciti ſunt, vt in rebus quæ mundi ſunt, conuenienter verſari poſſint, & quomodo hominibus placere poſſint; quantò magis ſollicitos eſſe neceſſe, vt ea quæ Dei ſunt ſciant, & quomodo Deo placeant. Hoc vnum curauit pia matrona circa filios.

CVRAT MATER SALVTEM *maioris filij & Fratris noſtri Archangeli, pergit in Belgium, ſit Capuccinus, in Ordine piè moritur, ante aduentum fratris.*

Capvt VI.

Frater noſtri Arch. ſenior confirmatur per matrē in fide.

SIcut autem à pia matre non mediocri ſollicitudine curabatur ſalus iunioris filij, ita non minori primogenitus, & frater noſtri Ioannis, imò maiori diligentia, pro captu ſuæ ætatis à matre in fide roborabatur. Hic verò cùm indignè ferret ignominiam, illatamque contumeliam charæ ſuæ genitrici audacter adijt patrem, aſſerens ſe in animum firmiter induxiſſe, vt exteras regiones inuiſeret, atque oblata occaſione armis alicubi, vt nobilem iuuenem decet, operam daret. His auditis Pater, non multum, nec ſeriò reſtitit voluntati adoleſcentis, cernens eius contra

tra ſe auerſam mentem, eo quod frequenter partes matris defenderet; vbi tamen ſorores tuerentur partes Patris.

Accingens itaque ſe itineri fœliciter in Belgium appulit, vices Regis Catholici ibidem agente túc temporis bellicoſiſſimo Principe Parmenſi, à quo benignè exceptus, ſtipendiaria péſione Regis Catholici, ac menſa nobilium domeſticorum huius Principis nonnullo tempore potitus eſt. Verùm breui dimiſſa militari vita, patria, dominijſque hereditarijs ſpretis, perdulci tractu Spiritus ſancti, Ordinem fratrum Capuccinorum eſt ingreſſus, quem Ordinem Dux ille Parmenſis deuotiſſimus, beato ac Seraphico P. S. Franciſco, proſperè reſtituta Antuerpia, ac miro belli ſtratagemate (cum omnium iudicio eſſet inexpugnabilis) fœliciſſimè recuperata, primus in Belgium inuexit,

In Belgiũ venit.

Ingreditur Ordinem F. Capuccinorum.

obtenta deſuper facultate & diplomate Pontificio, & cum non modico beneuoli ſui affectus indicio primam habitationẽ fratribus Capuccinis Antuerpiæ conſtituit. Verum exiguo tempore in præfato ordine germanus frater natu maior noſtri Fratris Archangeli ſuperuixit: abſtinentia & orationis feruore ſingulariter commendabilis, migrauit in cœlum, vberiorem hæreditatem, dominiumq́ue præſtantius, quàm quod pro Christi nomine reliquerat, accepturus in poſſeſſionem ſempiternam. Deo autem ita ordinante efflauit animam, reddiditq́; ſpiritum hic frater, in choro inter pſallẽdum tempore Completorij, cùm per totam diem communibus fratrum exercitijs, conſuetoq́ue manuum labori interfuiſſet, vt à choro pſallentium hominum tranſiret ad choros pſallentium Angelorum, coniungendus pſallentibus, in medio Iuuencularum tympaniſtriarum, id eſt, ani-

Antuerpiæ Capuccinorũ Belgij primus conuentus à Duce Parmenſ. inſtituitur.

Sanctè obit in Ordine.

Pſal. 67
[illegible] 115

animarum ſanctarum. O verè beata mors & pretioſa huius deuoti fratris, quæ ſic facta eſt in conſpectu Domini, per quam factum eſt, vt nunc verè cum Dauid dicere poſſit, In te cantatio mea ſemper. Quis adhæc hoc loco attendens, quã infelici morte plures homines morte tollantur, vnus blaſphemando, alius crapulando, alius in duello, alius in adulterio, & innumeri in flagranti delicto, mortem autem huic ſancto fratri (ſi tamen mors dicenda eſt,) conſiderans poſt multas pœnitentias, frequentes, & feruentes orationes & obſecrationes, poſt aſſidua ieiunia inter pſallẽdum obuenire, non ardenter optet, & optando ſuſpiret dicens. Quis mihi det, vt moriar morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea horum ſimiliima. Impoſitum autem fuerat illi nomen fratris Archangeli, vt & poſtmodum fratri ſuo iuniori. Dubitet de puritate animæ huius fratris, qui volet: ſcilicet vtrum acce-

Pſal. 70 *Optandũ mori morte iuſtorũ.* *Num. 23.*

Lux appa ret ſupra locum in obitu eius.

cepta fuerit Altiſſimo; ego nullatenus dubito. In obitu enim eius apparuit candor lucis amœniſſimæ ſupra chorum conuentus Capuccinorum, quæ viſa fuit quibuſdam perſonis deuotis. Veruntamen his & ſimilibus ſignis non inhæremus, ſed vitæ potius illius infallibili teſtimonio fidelique ſamulatui erga Chriſtum Dominum, per quem ſubito vocatus fuit, ac modico labore ſuſtentato æterna felicitate donatus.

ALEXANDRI FARNESII Sereniſſ. Ducis Parm. in Ordinem Sancti Patri Franciſci deuotio.

CAPVT VII.

CVm occaſione præfati defuncti fratris inciderit mentio Sereniſſimi ducis Parm. non abs re putaui breuiter aliquid de ſingulari eius ad Ordinem Seraphicum deuo-

deuotione propter quam pie creditur non diſſimilem à Deo accepiſſe mercedem pro bona ſua voluntate quam æquè beneuolo Deus intuetur oculo atque ipſum opus, vbi executioni locus non datur, Nobis enim conſtat & alijs quamplurimis hunc Ducem poſt magnificas ab hoſte obtentas victorias, poſt innumerabiles labores, & pro libertate patrię huius immenſas defatigationes ſuſpiraſſe tandem ad aliquantulam ſaltem mentis quietem, per quam omnibus votis optabat animam ſuam præparare Deo ad felicem exitum ex hoc ſæculo obtinendum, deuictis ſalutis æternæ hoſtibus. Quod vt fieret facilius, omnino decreuerat commotus non modicum exemplo aulici ſui Scoti Germani Ioannis noſtri Forbeſij intrare religionem illam quam authoritate ſua has in terras introduxerat, ac iam paratus erat eidem ſe conſecrare, niſi expreſsè hoc ipſi fuiſſet inhibitum à

Animum habet Dux Parm: aſſumendi ordinem S. F. exemplo præfati.

Diſſuadetur propter inſtantem belli neceſsitatē.

Reuerendiſſimo Domino nomine Lyuernois, Eccleſiaſte ſuo facundiſſimo, creato poſtmodum Audomarenſi Epiſcopo, affirmante bonum publicum præferendum eſſe priuato, eiuſq́ue præſentia, quæ tũc temporis deſiderabatur in vrgenti neceſſitate belli Gallici, nullo modo Rempublicam poſſe deſtitui. Si ſecus faceret, induceret in animum ſe diſpliciturum Deo. Eia inquit hic Prælatus, bono eſto animo Princeps, peracta expeditione illa Gallica, impetrabis à me (ſi à Rege Catholico neſcio) licentiam tuum exequendi votum. Proficiſcens autem Princeps in Galliam, graui languore correptus Atrebati (vt nemini non notum) ceſſit è vita. Duabus tamen horis ante mortem ſuam voluit veſtiri habitu Capuccinorum, quo teſtaretur animi ſui deſiderium erga hunc ſancti Franciſci ordinem. Vocati itaque duo Fratres ex ſenioribus, habitum ordinis, quo ſuper nudo indui

Aſſumpto habitu duabus ante obitũ horis migrat Atrebati è vita.

indui hic Princeps ante mortem voluit, detulerunt, quod tamen præ nimiâ debilitate ſatis eidem graue fuiſſe optimi Principis vultus, & labiorum contractio manifeſtè oſtenderunt. Verum carnis aſperitas eſt Spiritus, animæq; ſuauitas. Propitietur animæ eius miſericors Deus pro multifarijs benemeritis eius circa fidei Catholicę & patriæ huius defenſionem indefeſſam: memoriaque illius in benedictione ſit apud omnes, ſingulariter apud Fratres noſtros, quos pro ſuo in Seraphicum Patrem S. Franciſcum promptiſſimo, & deuotiſſimo ſemper animo ita coluit, vt. R. P. Felici Lapidonenſi (piæ memoriæ) vni ex primis patribus Capuccinis qui venerant in Belgium in tantum detulerit, quod audito eo multa bona præſtaret, monitiones eiuſdē & increpationes libenter audiret: funem eius cinctorium flexis genibus deuote oſcularetur, imo etiam ſedere cum iuberet in propria ſede

Quantum detulerit Patri ſuo Spiritali ordinis Capuc.

tanquam dilectiſſimum ſibi Patrem monita ſibi tradentem ſalutis æternæ, & quæ ab illa retraherent fideliter explicantem. Sed prętermiſſis eiuſmodi pluribus alijs, ſit hæc digreſſio cum bona venia Lectoris materiæ noſtræ interpoſita, quia incidit mentio huius nobiliſſimi Principis debitum enim gratitudinis grataæque recordationis, quo Celſitudini ſuæ ſumus deuincti, vlterius, quam ſtatueramus calamum fecit excurrere. Neq; etiam Ioannes noſter Forbeſius ægrè feret, ſi paullulum narrationis filum de ſe inceptum interruperimus, cum æque ac nos tanto noſtri ordinis fautori ſit obſtrictus.

CON-

CONVERTITVR AD FIDEM *Catholicam F. Archangelus, à fide nititur illum auertere Pater ſponſa hæretica eidem oblata.*

CAPVT VIII.

VT autem modò reuertamur vnde nonnihil digreſſi ſumus Frater Ioannis noſtri Forbeſij (quẽ paulo ante diximus in paupercula fratrum Capuccinorum familia nuper in Belgium introducta breui peregiſſe curſum vitæ ſuæ) & eo nauigium applicuiſſe, vbi deinceps naufragium metuere nullum poteſt, conſummatumq́; in breui expleuiſſe tempora multa, quia placita erat Deo anima eius. Hic inquam ante & poſt ingreſſum religionis aliquoties, & ſecreto per Epiſtolas, ſalutis monitis abundè plenas Ioannem noſtrum Forbeſium eſt ad fidem & amorem Chriſti cohortatus. Verè *frater qui adiu-*

F. Archãgelus monitus à fratre de ſalute.

adiuuatur à fratre quaſi ciuitas fortis, quomodo enim duorum fratrum dilectio tam ſincera poſſet eſſe otioſa? Quomodo eiuſdem boni quo gaudebat non curaret fratrem fieri participem? exemplo Andreæ Apoſtoli, qui inuento Innocentiſſimo *Agno Dei*, *qui tollit peccata mũdi*, & cognito vbi habitaret, protinus acceſſit fratrem ſuum Simonẽ Petrum, *& dicit ei, Inuenimus Meſſiam, & adduxit eũ ad Ieſum*: quod etiã Philippus Apoſtolus à Chriſto vocatus præſtitit Nathanaeli, adducẽs illũ ad Ieſum. Sciebãt enim in typũ huius negotij dictum à Ioſeph Patriarcha fratribus ſuis: *adducite fratrem veſtrum minimum vt non moriamini*. Ea enim eſt bonorum Spiritualium vbertas, & excellentia, vt quo à pluribus poſſidentur, eo plus de illis ſinguli poſſident, & de poſſeſſione illorum magis gaudent; ex quo fit vt omnes homines optent eorum fieri participes. Bonorum vero temporalium ea eſt tenuitas,

Ioan. 1.

Salus proximi procuranda.

Gen. 42.

Aemulatio non eſt circa bona Spiritualia, ſed circa temporalia.

vt et-

vt etiam omnia ſimul ſumpta vni non ſufficiant : vnde etiam fit quod nullus ſocium in eorum poſſeſſione appetat, ſed magis recuſat, & ſi habet inuidia tabeſcat. Hinc frater Archangeli noſtri quẽ ſocium in hæreditate tẽporaria habere renuiſſet, in hæreditate cœleſti laborat vt habeat conſortem. Optimo etiam dato conſilio, vt adire auunculum ſuum (præſtanti florentem doctrina & prudentia virtutumque ſplendore inſignem) Dominum Iacobum Gordonium lucro animarum in Scotia tunc vacantem, monet, inquam, vt illum quem paulo ante memorauimus Presbyterum Societatis IESV digniſſimum omni induſtria quæreret opportunitatem eum alloquendi exploraret, vt fideli eius inſtructione frueretur; ſtimulum addit, vt id ſumma animi auiditate fiat, præſertim cum agatur de æterna animæ Salute. Sic ſic agitatus puer Ioannes nunc crebro

Dirigitur F. Archang. ad Patrem Gordong auunculum ſuum.

bro matris, nunc monitis ſui fratris lachrymis gemitibusq́ue vtriusq́ue coram Deo poſtulantibus, iram paternam negligens, & iræ Dei poſtponens, pia ſollicitudine acceſſit dictum auuncnlum ſuum, cuius in Scotia tunc temporis pręſentia tolerabatur, ob generis nobilitatem, principumq́ue propinquorum conniuentiam. Viſo nepote, quam magna perfuſus fuerit exultatione fœcundiſſimus hic fidei propagator, & induſtrius animarum piſcator, cogitet qui proximum amat. Sine mora nobilem puerum amplexatus ait. O fœlix puer, quæ ſpes, quis te Spiritus agitat, & ad Conſiliarium tuæ, patrisq́ue tui profeſſioni contrarium impellit? neſcio ſane reſpondit ille, niſi quod matris; fratrisq́ue mei crebra ſuſpiria ad hoc me coegêre ex vna parte, patris vero mei improba vita ex altera; quam vt cunq́ue aduerti non conuenire ſacræ ſcri-

Accedit & cauſas accesſus exponit.

pturæ

pturæ quæ in menſis noſtris etiamſi de more proteſtantium prælegatur, & frequentiſſimè in ore habeatur; opere tamen & reipſa ipſi con trauenitur.

Cui pius Sacerdos; fili, ſacra ſcriptura obfuſcat Patris tui & id genus nouæ fidei hominum mentis aciem; ſicut Sol oculos Noctuarum, quæ tantæ lucis ſunt incapaces, quia in tenebris natæ. Sic & Proteſtantes in denſis peccatorum nebulis hærentes caligantibus quaſi oculis inſpiciunt quidem ſacram ſcripturam, ſed verum earum lumen non attingunt, quia mentis inconſtantia palpitant. Feſtinet euitare perfidiæ huius tenebras qui candorem internæ lucis, animæ apicem irradiantem percipere deſiderat.

Hæretici noctuæ oculos habent in legendis Script.

Toto corde inquit puer auxilium concilumque tuum præſtò excuturus expecto, videns itaque Dei Sacerdos nepotem ſuum igni-

culo

culo duini amoris ſuccenſum, lacte cœleſtis eloquij illum continuò reficere ſtuduit, in fide Catholica catechizando inſtruxit, roborauit, ac breui ab hæreſeos peſtifera labe purgauit: demũ beneficio abſolutionis impẽſo, matri Eccleſiæ recõciliauit, pias imagunculas & agnũ Dei de more Catholico è collo ſuſpendit: quę ſacra amuletha pater quadã die dũ mane ſurgeret è lecto Forbeſius filius, aduertit, grauiter indignatus eſt: verũ ſilentio dolorẽ premens, & quaſi nihil vidiſſet ſe gerens coram domeſticis, filio confeſtim deſponſare meditatur nobilem virginem, corporeo quidem vultu decoram, ſed animæ facie nimis deformem, vtpote hęreſi infectam. Sperans huius nobilis puellæ inſigni ſpecie & forma facilè illaqueandum nati ſui animum, & à fide Catholica auertendum, abiectis quas è collo geſtabat imagunculis ſacris. Vt enim teſtatur Eccleſiaſtes, *Mulier laqueus*

Inſtruitur & Eccleſiæ reconciliatur.

Pater vult S. Archãgelum vxorem ducere.

Eccl. 7.

laqueus venatorum eſt, ſagena cor eius & vincula manus illius, Et liber Sapientiæ: *Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia*: Verum nihil proficis infœlix aſtutia; *fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum*, fruſtra tentas illaqueare vinculo charitatis aſtrictum, vinculum hoc rumpi non poteſt, vis maior ineſt Sacramento, quo nunc munitus eſt tyrunculus Chriſti, quàm faſcino tuo, aliud quam quod ſperas eueniet, vt videlicet puella ipſa dulci ſponſi ſui eloquio, monitiſque dicti Patris Ieſuitæ, mediantibus ad fidem etiam Catholicam, Deo inſpirante conuertatur, ac moram matrimonij & ſui abſentiam ſponſi æquo animo patiatur.

Sap.4.

Pro.1.

Fruſtra tentat.

SIMVLAT PROCVM F. ARchangelus, viſione inſolita ad Ordinem Seraphicum vocatur, ſponſa ad fidem inducta valedicit.

CAPVT IX.

DIſſimulabat interim in ſuo vterque negotio & pater & filius, ille ſuadebat mundi delicias, & pompas iuuenibus procis conuenientes, vt his illecebris emolliret robur fidei in filio, conſtantiamq́ue eius labefactaret, hic quaſi iuſſa patris capeſſens, ſimulabat licet inuitus æſtuantẽ procum nobili apparatu, vacabat choreis, venationi, luſui & ſimilibus, quò patri omnem propoſiti ſui ſuſpicionem adimeret, ac illam præſertim quam modo diximus, eius indignationem declinaret: ſciebat enim adoleſcens patrem coram ſibi familiaribus, viſo illo ad pectus

Simulat procum vt placet Patrem.

ctus filij ſui agno Dei, in talia verba prorupiſſe: & nunc etiam meus natu ſecũdus filius erit Papiſta? Sanè hic ſimulandum eſt, & cautè agendum, non ſolummodo meditanda, ſed capienda eſt fuga tibi adoleſcens, ſed circumſpectè & animosè: non deeſt tibi ſagax ingenium, neque Dei auxilium.

Quadam vero die cum ita ſimulatè: vagis oblectaret animum ſuum venationibus cum coæuis ſuis, ſtipatusq́ue frequenti comitatu nobilium vicinorum, accidit vt elongatus à ſocijs & ſeruis inſequendo feram defatigatus quieſceret, innixus ſæpi: & ecce in viſu apparuit multitudo religioſorum in habitu prorſus ipſi ignoto, paupereq́ue, ordine conuenienti procedentium, quos ille admiratus, cuius inſtituti eſſent, quidve intenderent, omninò ignorabat; ſenſit tamen paulatim ſe nimia erga ipſos beneuo-

Mira viſione trahitur ad ordinem S.Fran.

neuolentia affici, atque ab ipſis ad eorum imitationem vrgeri inſtinctu non vulgari, ſed efficaci in interiori homine. Rem verò omnem & euentum conſeruans in corde ſuo tacitus ſeriò per ſe examinabat, orans diuinum beneplacitum manifeſtum ſibi fieri: quod non antequã Antuerpiam Dei nutu appuliſſet integrè ipſi innotuit; vbi cum ex inopinato Capuccinos obuiam ſibi habuiſſet, confeſtim agnouit, quid viſio portẽdebat, illa ſcilicet ſe fuiſſe inuitatum ad Chriſti ſequelam, per voluntariam paupertatem, mundiq; contemptum alacri animo ineundam ſub regula Seraphici P. S. Franciſci, ad quam ex tunc magis ac magis ſe ſenſit allici. Quæ omnia ingreſſus poſtmodum hunc ordinem Ioannes Forbeſius bona fide poſt aliquot profeſsionis ſuæ annos, intimioribus ſibi fratribus vera eſſe affirmauit.

Cœle-

Cœleſtibus itaque in dies curis magis anxius cœpit ſeriò cogitare, cœleſti præuentus impulſu, qua via & modo pericula, laqueoſque hæreticorum effugeret, inter quos natali ſuo in ſolo erat conſtitutus, patrem videlicet, & ſorores, iniuſtamque nouercam, adulteram, omnes contumaci hæreſi infectos, cum quibus aſſiduè cogebatur verſari) vt ſecundum fidem rectam & doctrinam ſanam liberè poſſet vacare ſanctis Catholicorum exercitijs; Animatus itaque crebrò monitis integerrimæ ſuæ matris, ne ſe aliquando ſineret decipi blanditijs, ceu minis à patre, roboratus etiam dictis ac ſecretis ſcriptis tum auunculi, tum fratris, decreuit apud ſe ſpontaneum inire exilium, diemque ſtatuit, in qua vltimas ſumeret cum ſua ſponſa epulas, & duceret feſtiuas choreas.

Hæreticorũ conſortia vitare decernit.

Fugam meditatur

Quibus expletis, cum omnium nobilium ibi præſentiam applau-

ſu, patris præſertim ſponſi, ac parentum deſponſatę, ceu potius promiſſæ ac præparatæ (quo proteſtãtium ritu neſcio) ſponſæ, quibus nihil adeo cordi quam has maturare nuptias: ſponſus videns appropinquare illam horam noctis, qua vnuſquisque conuiuarum ad proprias ſe reciperet ædes, ſeorſum nonnihil ab alijs in eodem conuiuij atrio accepit ad ſe vix nubilem hanc Virginem, ſponſamque promiſſam; atque poſt ſolitos amantiũ affatus, imo de pectore ducens ſuſpirium, rem tandem ſeriam taliter fari eſt orſus: Amica mea prædilecta ſororque virginea, non ignoras quod parentes noſtri matrimonio nos iungere intendant, in ætate minus quam par eſt adulta : quid futurum eſt, niſi quod ad certum tempus rectoribus neſcio quibus committamur, qui ſibi plerumque potius ex re aliena prodeſſe ſtudent quam Dominis.

Vltimum habet cum ſponſa colloquium, datque ei ſanis monita.

Iugum

Iugum coniugij longè aliam æ-
tatem, prudentiamque requirit,
maturitate iudicij opus eſt in ne-
gotio tam arduo, cui non annis
paucis, ſed toto tempore vitæ
vacare nobis incumbit. Qua de
cauſa obnixè poſtulo, cum bona
venia mihi à dulcedine tua con-
cedi, antequam iugum hoc ſu-
beamus, vt luſtrare poſſim ex-
teras regiones, maturioribus au-
tem annis exequemur, quod
modo intempeſtiuum nimis eſt,
illa vero ad hunc inexpecta-
tum ſermonem, vultum im-
perturbatumexhibens, paucis vt
poterat reſpõdit.Non videtur (in-
quit) propoſitio tua ratione de-
ſtituta, faueat itineri, & re-
ditui tuo Deus, ſorsque tibi
contingat fortunatior, quam
mecum fuiſſes habiturus, ſi in-
terim mutaueris animum. Cui
adoleſcens: abſit vt tale ali-
quid in mentem mihi veniat,

quæcunque enim iam dixi ſincera mente locutus ſum. Eſt & aliud ſecretum maius, ſi in conſcientia, & per generoſitatem tuam polliceris reticere indicabo: illa fœmineo ſtimulata ſciendi appetitu, reſpondit promitto. Tunc blãdo eloquio iuuenis exorſus, ac proſecutus ſermonem ait: Columba mea, vita mea ſuauis, doleo nimis vices animæ tuæ, quę ducis in bonis dies tuos, ductores autem viæ ſequeris nimis cœcos. Ego hactenus tecum pariter in tenebris dãnationis fui, errani à fide cum cæteris propinquis noſtris quam plurimis, nulla verò fides ad ſalutem ducit quam Catholica Romana: ea vna neceſſaria; omnis alia, non fides, ſed hęreſis eſt, deducitque ad interitum. Inſpiratus modo à Deo, & meliori edoctus Magiſtro, ſcio quod vera loquor, & fateor me eſſe Catholicum, talem te quoque eſſe, & modo fieri ſupra omne quod deſiderare poſſum appeto, anima tua

ſicut

ſicut mea mihi dilecta eſt, obteſtor te hodiè coram tota cœleſti aula, vt credas quod ego credo, vt Catholica fias, conſilio ſalutari aſſentias, certa enim es quia amo te, amantes vna eademque decet voluntas. His auditis illa obſtupeſcens, vix locuta eſt, tandem reſumpto Spiritu reſpondit: ſi quis alius præter te tale quid ſuaderet, deliramentum reputarem, certa ſecuraque tamen de tua bona indole confido, quod nullatenus ſponſam tuam velles decipere; inſuper quod integro cordis affectu bonum meum æque ac tuum promouere deſideres. Sed maturius in re tam graui deliberandum & conſultandum, ne paternarum traditionum temeraria reputer contemptrix. Cui adoleſcens, ne meo ſolum fluctuans ſtes iudicio, curabo ſedulò, vt audias intelligaſque doctiſſimum ſcientia, vitaque commendabilem inſtructorem, meæque ſalutis auctorem, meum

Auunculum Dominum Gordonium: vt huius conſiderata conuerſatione prægnantibus quoque eius argumentis diiudices quorum ſententia pro vera Chriſti religione habenda ſit, an illa quæ in ſolo ſermone conſiſtit, contra id quod
1. Cor. 4. ſcriptum eſt, *non in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute*: an vero illa quę in ſermone fidem, *in fide virtu-*
2. Pet. 1. *tem, in virtute ſcientiam, in ſcientia abſtinentiam, in abſtinentia patientiam, in patientia pietatem, in pietate timorem fraternitatis, in amore fraternitatis charitatem miniſtrat*: ſiue vt vno verbo dicam, an illa quæ ſolum dicit, an vero illa quæ quod dicit facit, vnde & dicta fides. Arriſit dulciloquio, placuitque conciliū ſui paranymphi, ſuauibus enim potius verbis quam aſperis mollis ætas, ſectariorumque conditio mulcetur & flectitur.

F. ARCHANGELVS FVGAM init mutata veſte cum opilione paternam domum relinquit.

CAPVT X.

FInita ratiocinatione, excellẽtiq; hoc miſericordiæ in ſponſam opere, diſceſſit ſponſus à ſponſa, premit hæc ſilentio inopinatum iter Sponſi ſui, & arcanum quod audierat: ac qualiter paucis ab eo edocta erat, ruminando conferebat in corde, memor promiſſi ſui ſilentij. Sponſus autem domum reuerſus dedit ſe quieti: ſed ſomnus receſſit ab oculis eius, ſollicitudine impigra reuoluens in mente, qualiter quouè dolo conceptum iter ſuum, fugamque attentaret. Poſtera proinde die omnia perluſtrans, hinc inde circumſpiciens, ſi qua oportuna via, ſi qua fauorabilis decretum ſuũ exequẽdi foret occaſio; *Meditatur modum fugæ.*

caſtrum paternum, vbi cogitabundus ambulabat, tandem Generoſo cuncta ſpernente animo fugã inijt clandeſtinam. O iuuenem memorabilem! *Fuge dilecte mi, & aßimilare capreæ hinnuloq́ȝ ceruorum*, relicto ergo patre chariſq́ue ſororibus, derelicta præ omnibus virgine ſponſa ſibi dilecta, inſera nec ſalutata matre, relicta domo paterna, relictis familiaribus omnibus ac propinquis, relicta hæreditaria ſucceſſionum ampliſſimarum primogenitura ad ſe deuoluta (quam frater eius ſenior propter Chriſtum aſſumpto habitu Seraphici Franciſci nuper ſpreuerat) ſpreto natiuo genere & ſanguine, reiecto ſodalitij veneno hæretico, quo fuerat & ipſe Ioannes imbutus, vſque ad annum ætatis ſuæ decimum plus minus quartum, vt ex ante dictis colligi poteſt, relicta inſuper perſuaui patria, Regiſq́; amicitia, iterum repeto, relicta paris nobilitatis ſponſa ſua, quæ ſeparatio quàm

Cant. 8.

ſit ar-

ſit ardua, explicet qui expertus eſt, relicto, inquam, dulci animæ vitæque ſuæ dimidio, tanquam alter Alexius in profeſto huius tam eximij Sancti, tali adinuentione ſagaciter excogitata aufugit, quaſi recreationis cauſa celeri curſu & luſu vellet oblectari, ab arce decurrere. Et hac ſimulatione, opportunè iuuenilibus ſaltibus aliquantulum ſpatij nactus elongandi ſe ab æde paterna, obuium habuit puerum domeſticum, paſcentem ouium gregem, ex innumeris alijs vnũ, cum quo gregario paſtorculo, vt coæuo luſum ſimulans, oblata occaſione, ait illi fugibundus, mutemus habitum; cito da mihi veſtem tuam, & accipe meam. Cui paſtor; non auderem, inquit, quia vapularem à patre tuo, ad quem alter, non eſt, quod timeas, ego ſum qui iubeo, qui hac ratione volo recreare patrem: laruatus ſic incedere volo ad hodiernam vſque cœnam, exhilaraturus non modicum eiuſ- *Imitatur S. Alexiũ.*

modi veſtitu ſponſam meam, (alium in mente patrem, aliam ſpõſam habens) ego pro te reſpondebo, ſi nolueris, cogam. His auditis paruit paſtorculus; nobilis autem puer mutata veſte aufugit, atq́ue ab oculis alterius euanuit, parum ſollicitus quid accideret alteri, ſecutus conſilium quod in Geneſi datur: Salua animam tuam, noli reſpicere poſt tergum. Quid eſt hoc quod modo intelleximus? quod aſpeximus? manifeſtum eſt ſane ſaluatoris verbum, quod Euangelium pandit, non veni pacem mittere ſed gladium, ſeperare hominem aduerſum patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam; & inimici hominis domeſtici eius. O verè ſeparationem admirabilem! non gladio materiali, ſed Spiritu Dei factam! videmus aliquoties vnicum filium non modo terrenam ſubſtantiam & quicquid ab ea dependet, contemnentem; verum etiam ſerena fronte, & imperturbato animo,

Mutat veſtem cum opilione.

Gen. 19.

paren-

parentes ſiccis oculis prætereuntem, de ſæculi luxu ad vitam Monaſticam tranſire; Patrem in tali euentu lamentari, matrem cum propinquis eiulare, nuda vbera nato oſtentare, &obſecrare ne deſeratur; ſed gladius ſpiritus anceps, ſupra vim naturę diuidens tã ſtupendã ſeparationem ſubtili ſua vi operatur in corde ſentiẽtis. Huius profectò tã penetrantẽ gladij aciẽ in ſe perſenſit iunior Forbeſius, in hac ſua ſeparatione ab his quæ modo audiſtis: relictis enim, & ſpretis vniuerſis, nõ ſua ſanè, ſed diuina virtute, in feruore florẽtis adoleſcẽtię ſuæ, annũ iã agens decimũ ſeptimũ, verus Sãcti Alexij imitator, fallaces mũdi diuitias, breueſque eius delicias, fugiendo etiã libare dedignatus eſt. O quam fęlix qui eas deſerit antequam ab eis deſeratur inuitè.

Gladij Spiritualis mirabilis vis.

Hoc profecto argumentum fortiſſimum eſt, probans in ſola Eccleſia Catholica Deũ eiuſq; Spirirũ

Donũ continentiæ magnum Spiritus Dei argumentum. per gratiam manere, ſiquidem in illa ſola videmus eiuſmodi actus heroicos exerceri. Apud Sectarios verò omnes, vel contemni, vel impoſſibiles reputari. Malefici Pharaonis cum ſigna illa quæ faciebat Moyſes, non poſſent etiam fingere, meritò dixiſſe referuntur ad Pharaonem: *Digitus Dei eſt hic.* & Apoſtolus, ex ſpiritu prophetico, merito vult præſentiam Dei in aliqua congregatione diſcerni ab ingrediente, pronuntiante, inquit, quod verè Deus in vobis ſit. Quis non agnoſcat digitum Dei in Eccleſia, vereque Deum in illa eſſe; in qua tot ſimilia opera heroica paſſim à Catholicis fieri videmus? quomodo non hæc ſigna ſunt, Spiritus Dei inhabitantis in illa? Iacobus Apoſtolus de ſignis loquens veræ religionis. *Quæ autem* (ait) *deſurſum eſt ſapientia, primum pudica eſt.* Quomodo de ſurſum eſſe poteſt ſapientia ſectariorum omniũ, quibus hæc prima nota deeſt, nulluſq; apud ipſos

Exod. 8. *1. Cor. 14.* *Iacob. 3.*

ſos reperiri poteſt, qui donũ habeat continentiæ? *ſed propter fornicationẽ,* 1.Cor.7. *vnumquemque oporteat* (etiam miniſtros ipſos ſuper omnes alios) *habere ſuam vxorem, & vnamquamque ſuum virum.* Nullus eſt apud illos qui continentiæ ſtatum eligere velit, etiamſi Paulus omnes ad illum hortetur, idque ex ſpiritu Dei, tãquam ad id quod melius eſt, quod honeſtum eſt, quod facultatem præbet ſine impedimento, Dominum obſecrandi, & de ſolo Deo cogitãdi, quodque beatiorem facit. Sed omnes eligunt illud quod tantùm ex indulgentia conceditur; vel nõ niſi ad malum vitandum ſuadetur. Mirum profectò quod cum tantopere iactẽt ſe capere omnia verba ſancti Euangelij, nullus ſit apud ipſos qui capiat verbum hoc; quod nõ expediat nubere, nullus ſit apud ipſos qui ſe propter regnũ cælorũ caſtrare velit, ſeu voluptatibus carnis renuntiare, & cùm tantopere de reformatione glorientur, nullus ſit

Quodnam S. Scripturæ verbũ non capiũt hæretici.

Matth.19.

apud ipſos, qui poſſeſſiones ſuas, qui vxorem liberè propter Chriſtũ relinquat; ſed impoſſibile ſibi omnes putẽt id ad quod Chriſtus hortatur. Et quomodo ſua relinquerẽt, quorum profeſſio eſt aliena rapere ſi pòſſunt, concupiſcere ſi non poſſunt? quot enim bona Eccleſiaſtica diripuerũt? quot poſſeſſiones Catholicorũ inuaſerunt? & quis ad hæc illis ius & facultatem]fecit? ſignum ergo manifeſtum eſt eos non agi à ſpiritu Dei, ſed à ſpiritu animali, terreno, diabolico, *qui enim de terra eſt, de terra loquitur*, & quę carnis ſunt ſapit.

Ioan. 3.

PROFECTIO EIVS ANTuerpiam vſque; vbi coniectus eſt in carcerem, quid opilioni contigerit, quæritur fugitiuus vbique.

CAPVT XI.

IMminente verò ſerotino tempore primæ diætæ inchoati itineris ſui, haud dubiũ quin timidis, furtiuiſq; peracti greſſibus, diuertit

tit ad obuiũ ſibi hoſpitiũ cum nũ-
mis paucis, fidẽs plurimũ prouidẽ-
tiæ diuinę, vt paupertatis Chriſtia- *Periculũ*
næ amator; vbi dum pauliſper de- *in primo*
fatigatũ recrearet corpuſculũ, tres *hoſpitio*
illuc aduenêre Scoti nobiles, noti *deprehen-*
familiareſq́; inopi huic voluntario *ſionis arte*
propter Chriſtũ, latenti in veſte o- *euadit.*
pilionis: quos vt ille aduertit, vehe-
mẽter expauit, exiſtimãs hos ſe in-
ſequi, atque ad hoc miſſos à patre.
Quid cõſilij? longa nõ proderit hic
deliberationis mora: ſi polles inge-
nio oſtẽde modo. Audite adoleſcẽ-
tis adinuentionem. Viſis his viris,
cõfeſtim coniecit ſe ad camini an-
gulũ, vili quo tegebatur profundè
deducto ante oculos pileo; cœpit
gemere, membris totus tremere, fe-
bricitãtem ſimulare, atq; ita negle-
ctus, & inſtar pauperis infirmi ab ijs
deſpectus eſt. Sequenti die ſummo
diluculo accinxit ſe velociter iti-
neri, quo terra, mariq́; peracto, non
ſine multis moleſtijs, & delica-
ti adoleſcentis defatigationibus

non aſſueti huiuſmodi laboribus; verum alacritate animi, Deiq́; ope omnia ſuperantis tandē peruenit ad optatū locum & portū; vnde breui nauigio appulit Antuerpiam; ita tamen vt cogeretur pertranſire caſtrum, ceu arcem Lillo vicinam ſatis huic ciuitati, ad tria ſolū miliaria diſtans ab ea: in quo deprauati milites Angli & Scoti conabantur adoleſcētem detinere; (genus familiamq́; cœlantem illis) vt ætate conuenienti geſtaret arma nefanda, in quibus ipſum incipiebant exercere, ſed fruſtra: euaſit enim ſua induſtria, & hunc diaboli laqueum, iterum fugiēdo: aufugienſq́; mox nouo caſu, nouoq́; expoſitus fuit periculo à Regio milite Catholico, exploratorem opinātc fugitiuum hūc obuium; maximè cùm inferiores caligas ex ſerico, ſeu byſſo intextas, ſub toga illa oblonga, quam ab opilione mutata veſte ſua nuper fugiens acceperat, indutum aduerteret; quas equidem præ feſtinatione fugæ

Pergit Antuerpiam. *Detinere volunt in Lillo.* *Fugit è Lillo.* *Nouum periculū.*

fugæ è patria, tunc temporis non exuerat. Hinc plurima ſuſpicatus miles, iuſſu Ducis ſui D. Labouilot, Præfecti tunc temporis munitiunculæ Noordam, captiuum eum deduxit ad arcem Regiam Antuerpienſem, ibique de more præſentatus Gubernatori Domino Mondragonio, iucurrit periculum ſecundum: nam interrogatus de ſuo ſaluo conductu, reſpondit ſe eo carere, iuſſus eſt itaque ſine mora detrudi in carcerem; vt per otium poſſet examinari, ſiue tortura exactius, ſiue ſuſpendio è medio tolli expeditius: quod quidem præparatū ſibi expectare poterat indies, magis quam neceſſariam refectioni corporis inuenire menſam, cuius dapes non grauabant captiui ſtomachum. Bono ſis animo, adoleſcens, maneas tantiſper in carcere donec tragœdiæ tumultum ſpectauerimus, qui te abſente, nec redeunte excitatus eſt, tam inter cognatos, quam in toto patriæ tuæ regno;

Pro exploratore habitus mittitur ad arcem Antuerpienſem.

Conijcitur in carcerē vbi multa patitur.

gno; mane interim in proprio animæ fundo, ſiue in temetipſo humilis; ſed ſublimem liſte ſpem in auxilio diuino; hæc vtraque ſedes nouũ conuerſum Catholicum decet: vt pro mentis refectione aſſideat ſecurus menſæ, cui miniſtrant Angeli, vbi deficit menſa ventris. Interim pręterire non poſſum, quin dicam nũc verè ex illis te eſſe, de quibus Apoſtolus, non ſuſcipientes, inquit, redemptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem, ludibria, & vulnera experti inſuper, & vincula, & carceres, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus nõ erat mundus, in ſolitudinib. errantes, in montibus & ſpelũcis, & in cauernis terræ, & hi omnes teſtimonio fidei probati, quia ſcil. in teſtimoniũ fidei hæc omnia paſſi sũt.

Hebr. 11.

Expectando expectabat in medijs agris, ſtãs in veſte ſplẽdida ouiũ ille cuſtos, domini ſui filiũ; quo moram nimiã faciente, ad caulã gregẽ reduxit paſtor ſericis indut᷒: rei nouitate at-

Redit de mũ opilio ſericis veſtitus.

te attoniti ſtupebāt, quotquot illū videbāt gradientē, prçſertim herus eius cū omni familia. Faceta eis res primo intuitu apparuit, exiſtimantes iuuenē ſponsū exhilarare voluiſſe patrē, ac præſertim ſpōſam ſuā, noua hac illudēdi ratione iocosè recreare. Rogat⁹ verò paſtor, quomodo repentè ex opilione factus eſſet nobilis, & dux tā bellicoſæ quā minabat gregariæ cohortis; reſpondit lepidè, ſors rotat omnia. Verumenimuerò niſi grex agnouiſſet ſui vocē ducis, ſolus fortè ſine comitatu domū dux veniſſet, quia à nitore veſtis inconſuetæ pecus effusā ſpargebatur in fugā. Seriò tandē requiſitus, vt rei euētū manifeſtaret, totū ꝙ inter ipſum & heri ſui filiū geſtū erat, palam enarrauit. Hinc animæquior factus pater, natumq́; credēs ſuū hærere apud ſpōsā, opilioniſq́; ibidē gerere perſonā, abſq; alterius rei ſuſpicione, dormiuit ea nocte cū ſua familia ſecur⁹; verū vbi nec altera, nec ſequēti die rediret adoleſcēs, requiſit⁹ in ædib⁹ ſpōſæ, plurimiſq́; *Refert can ſam mutatæ veſtis.*

alijs

alijs locis fruſtra, nec vſquā appareret, extrema huius inanis gaudij luctus occupauit, & riſus conuerſus in mœrorem. Qua de cauſa exactè ſerioq́ue examinatus ille ouiū paſtor, cum nihil aliud haberet quod reſponderet, quam ad talem veſtis mutationem, ſe à iuniore ſuo domino coactum fuiſſe, vt ſolemne nobilium conuiuium aſſumpta hac noua ludicraq́ue perſona exhilararet, vinctus paſtor, ſericisq́ue exutus veſtibus, conijcitur in carcerē. Suſpicio enim quam maxima inuaſit omnes propinquos, adoleſcentem ab hoc cuſtode ouium occiſum, ſiue magnatis cuiuſpiam inſtigatione, ſiue adulteræ ſupra memoratæ, nequiſſimo dolo: corpuſq́ue ſecreto aliquo in loco humatū, ob quam cauſam plurima ſepulchra eductis inde cadaueribus ſcrutanda decreuerunt; viuentē vita Chriſti inter mortuos fruſtra quærentes. Adoleſcente ergo nec inter viuos nec inter mortuos reperto, plures

Fruſtra exp. & tur Iuuenis Forbeſius.

In carcerem conijcitur opilio.

Queritur Iuuenis Forbeſius inter viuos & mortuos.

res miſſi ſunt in regionem omnem nuntij, quærere nobilem adoleſcẽtem, verſus Italiam, Franciam, Hollandiam, ac iubente Rege per totam pœnè Britanniam. Sed perdidêre operam: Adeò circumſpectè ſe geſſerat Adoleſcens, in fuga capeſcenda ſub veſte paſtoritia, per anfractus viarum gradiens, modo ſimulans ſe cogitare Franciam, modo Italiam, inquirendo ab incolis Scotis ſibi obuijs viam, donec in tuto ſe videret loco. Quà de cauſa cũ coloni & agricolæ paſſim rogarentur de ſemita quam Adoleſcẽs tali vultu, tali veſtitu proſecutus eſſet, qualemve petijſſet ſibi oſtendi; vnus de illa, alius de alia reſpondebat: fruſtra itaque inſecutores laborabant. Paſtor ouium poſtmodũ variè examinatus oppreſſusque; detentus fuit in vinculis annis duobus; ſed quia verè innocens erat in hac cauſa, Deus præſeruauit eum à mortis ſupplicio, precibus (vt credi poteſt) iunioris ſui domini exu-

Perdunt operam in ſequentes.

Liberatur è carcere opilio.

lisque

liſq́ue ſpontanei. Faxit Deus, vt vexatione hac pauperculus incarceratus, ſuperno venerit munere ad lumen veræ fidei liberatus à cęcitate mentis.

NECEM PARANT PELLICI, *adoleſcentis propinqui quaſi reæ homicidij, ſed impediuntur à D. Margar. querelæ Catholicorum oppreſſorum.*

CAPVT XII.

Parant necẽ pellici conſanguinei vxoris.

CVm miſſi illi nuntij in vanum cuçurriſſent, nec ſpẽ præberẽt inuentionis, redituſq́; adoleſcẽtis; propinqui matris noſtri Ioannis Forbeſij præuia deliberatione ſtatuunt inter ſe, pellicem illã igne cũ caſtello, in quo degebat ſubinde ſeparatim inſtructi armis cõcremare, (etiãſi cõtingeret, vt vir eius iniquꝰ prę̃ſens eſſet:) eo quod arbitrarẽtur hãc dolo ſiue toxico adoleſcentem interemiſſe, corpuſq́; in loco quopiã abſtruſo ſepelijſſe, vel ſepelien-

dum

dum curaſſe. Igitur rei indignitate ad vindictam prouocati, ad necem pellici inferendam præcipiti animo ferebantur; iudicantes tantum ſcelus inultum eſſe non oportere. Quę res vt delata fuit ad adoleſcētis matrem, flexis genibus coram ſuis orauit, & exorauit pro ſua æmula. Præparatum ei exitium auertit; fidenter affirmans Deum breui veritatem manifeſtaturum, filijque ſui latebras reuelaturum, eam ſpem pectori ſuo inhærere: quibus verbis placati receſſerūt, ac mulierculæ illi pepercere. Hoc profectò eſt vincere in bono malū, & carbones ignis ſuper caput inimici congerere. Hęrebit hic aliquis quomodo diſceſſ' & ſubita fuga adoleſcentis filij latuerit matrem? præſupponi poteſt quod liber filio ad eam non patebat acceſſus, vetante eum patre; dein etiamſi aditus patuiſſet, non erat conſultū, vt huius rei illa foret conſcia, ne iterum ſæuiēdi maritus cōtra eā ſumeret occaſionē: proinde in hoc nego-

Vxor auertit à pellice paratum exitium.

Mater fugæ filij non conſcia.

negotio prudẽter filius ſe geſſit; ſatis erat quod huius fugæ conſcius eſſet ſecretus eius cõfeſſarius, & fidelis cuſtos promiſſi ſilentij ſponſa. Interim diuulgata per Scotiæ regnum ſæuitia Forbeſij in vxorem, magnum apud omnes bonos vbiq; murmur ortũ eſt: qui miſerati ſortem iniquam D. Margaretæ contra perfidos ibi magnates, falſoſq; preſules, & iudices potentes, non rectã iuſtitiam decernẽtes, in cœlum clamabant, indignabundi vltionem diuinam expoſcentes, paſſimq; dicentes: Heu quo furor rapit iniquos magnates, quãtam nequitiam diſſimulant, qui omnia ſibi impunè licere putant! hæccine puritas vitæ Proteſtantium Puritanorum, vt legitimæ vxori, imo prægnanti deteſtabile mortis genus toto conatu inferre non vereantur? imò vt ea viuente permiſſum ſit ducere alteram? hoccine ſonat ipſis S. Scripturæ lectio, quam religionis obtentu prælegunt ſuis menſis? credi-

Murmur contra iniquos prælatos & iudices.

Nequitia Puritanorum.

dibile

dibile eſt non altè deſcendiſſe in crudele pectus Forbeſij patris, illud ſacri eloquij potentes potenter tormenta patientur illi præſertim, quibus in ſuis flagitijs pro ratione voluntas; nec minus ij qui prauis eorum operibus opponere ſe meritò debuiſſent. Dormitiſne? & oculos habentes hæc non intuemini? nõ auditis hæc crimina in cœlum clamãtia Domini Archiepiſcopi? Heu quod ſicut olim apud gentiles nullo modo licitum erat audire Chriſtianos in iudicio, multo minus cauſas agere niſi prius abnegata fide; ita apud vos, & iudices quoslibet veſtros, quam parum curæ vobis eſt de negotio alicuius Catholici? quaſi inter vos infamis eſſet, quia amplectitur fidem illam, per quam maiores veſtri Chriſto Domino primitus crediderũt, & Chriſtiani facti ſunt. Ergo infames maiores veſtri, ergo damnati. O ingrati, ô degeneres filij, qui in fratribus oderunt & perſequuntur il-

Sap. 6.

Sectarij fidem perſequuntur per quam primum facti ſunt Chriſtiani maiores ſui.

lam fidem, ſine qua de Chriſto nihil vnquam ſciuiſſent. & hæ quidem voces oppreſſorum Catholicorum in illis partibus.

QVID IN VINCVLIS EGErit F. Archangelus, quid è carcere liberatus, quomodo notitiam cum FF. Capuccinis inierit, inter quos voluit fieri laicus, eorum tamen conſilio litteris dedit operam.

CAPVT XIII.

REuertamur modo, vt viſitemus, quem in vinculis captũ reliquimus aduenam in arce Antuerpienſi. Quid ſibi vult quod eum hilari ſatis vultu videam, ſua ibi ſorte contentum? euidens ſanè eſt ſignum, quod optimus Deus ſeruum ſuum fidelem in vinculis non dereliquit: nam captiuorum huius

ius arcis cuſtos, in cuius oculis gratiam inuenit incarceratus noſter, ſatis liberum eum in domo ſua reliquit, permiſitque cum domeſticis conuerſari, in qua obſequijs varijs tam ancillas quàm famulos iuuit in deferendis lignis, aqua & ſimilibus ſeruilibus operibus. Prorſus vt herus domus cum ſuis, ac cæteri captiui mirarentur, inſolitum incarcerati agendi modum, vultum & morum honeſtatem, in inædia hilaritatem, ſuper hæc omnia quod precibus ſecretis nocturnis, & vocali orationi ſemper eſſet intentus. Sic Paulus & Sylas cùm eſſent in vinculis, Deum medijs etiam noctibus laudare non deſinebant, quæ cùm cuſtos carceris bona fide indicaſſet Gubernatori arcis; micantibus tot probitatis ſignis, quæ nec vagabundum, nec exploratorem ſolent comitari: admirans Præfectus adoleſcentis virtutem, miſeratuſq́; eius iuuentutis,

Virtus eius in carcere elucet.

Act. 16.

Dimittitur è carcere. iuſſit illum dimitti, vtque damna, expenſarum quæ paucæ erant, carceris cuſtos à ditiore ſuperuenien-te lucrifaceret. Interrogatus à ſuo cuſtode incarceratus, an nihil haberet penes ſe pecuniæ, reſpondit, non amplius quàm triginta ſex ſtuferos; quos ſtatim ei præbens, retinuit ille ex his viginti octo, redditque adoleſcenti reliquos octo. Præſentauit hic nihilominus ei & caligas ſuas inferiores ſerico intertextas, quarum ſupra meminimus; verum eas non accepit, liberamque captiuo ſuo dedit abeundi facultatem.

Egreſſus è carcere primo templũ adit. Liberatus ex carcere, orauit obnixè ſibi oſtendi à ciuibus ciuitatis Antuerpienſis ædem D. Virginis cui erat deuotus, quam vbi intraſſet, in eaque diuam humiliter ſalutaſſet, filioque eius ſuperbenedicto gratias egiſſet pro cuſtodia & benignitate ſua, precibus illic aſſiduis & genuflexionibus in diuturno ieiunio vacat indies; miratur

qui-

quidam Sacerdos huius templi ſa-
tis notus, talem feruorem in ado- *Vacat aſ*
leſcente; obtulitq́; ei refectionem, *ſiduè ieiu-*
inquirendo cuius eſſet patriæ, quid *nio & orationi.*
in hac quæreret; reſpondit humili-
ter, natione ſum Scotus, & ad hoc
veni, vt inter bonos Catholicos ſal-
uem animam meam. Sed obſecro,
inquit, Domine, cuius inſtituti,
quove nomine cenſentur illi viri,
quos binos vidi templum tranſ-
euntes, poſt adeò humilem in terra
proſtrationem? intelligens deuo- *Inquirit*
tus Sacerdos ex nutu magis quàm *de Capuc-*
ex adoleſcentis verbis & lingua i- *cinis.*
pſi ignota, quod de Capuccinis in-
quireret, indicauit ei vt potuit me-
lius, ipſorum normam & vitam. Re-
cordatus illicò adoleſcens viſionis
ſibi oſtenſæ nuper in Scotia, vbi
laſſus à venatione ſedebat in ſilua;
tactus miro ardore intrinſecus pro-
rupit ſtatim in verba dicendo; ve-
lim & deſidero ſuper omnia fieri & *Inardeſcit*
eſſe Capuccinus. Veni, inquit Sa- *ad Ord.*
cerdos, deducam te ô fili ad domũ *Seraphicũ*

patris ſpiritualis fratrum Capuccinorum, qui tunc temporis erat Pater Rogerij Claris moderni, vir ſummè laudabilis, & pauperũ fautor eximius: qui confeſtim inſtigante ſua nuru animo prædita valdè liberali, iuuenem cibo confortauit, imò tandem propria menſa dignatus eſt recreare, repugnante quidem natura (vt ſolet) contra exteros pauperes ſquallidos, vermibuſque & immunditia plerumque ſcatentes. Sed animi virtus quæ lucebat in facie pauperis hanc apprehenſionem ſedabat, ita vt præfata nurus beneuola peregrino, in huius laudem diceret, vtinam proles noſtra, ſicut hic adoleſcens, foret morigerata. Poſt diem vnum atque alterum, laudabilis peregrini huius hoſpes, conſcius eius deſiderij, deduxit adoleſcentem ad ſpirituales ſuos filios, fratreſque Capuccinos, quibus amicè oſtendit honeſtum pauperemque aduenam, cordiſq; ipſius arcanum. Viſus oſtenſuſ-

Excipitur beneuolè à Ludouico Clariz.

ſuſque adoleſcẽs placuit fratribus, ſeruorq́; ſancti deſiderij eximius. Sed obſtat, quod vnicum tantùm calleret idioma maternum; opus autem fore, vt ſciret linguam non modò Latinam, ſed cum ea Flãdricam, vel Gallicam vtcunque. Pater namque iunioris Forbeſij non permiſit filium hunc ſuum accuratius Latinæ linguæ inſtitui Rudimẽtis; veritus maximè ne tali inſtituto, ac tandem aliquali ſcientia illi præberet anſam, qua Catholicus fieri poſſet, ſiue lectione librorum, ſiue ſedula diligentia ſtúdijs incumbendo aptaret ipſi linguam, & enſem præberet contra Proteſtantes.

Deductus ad Capuccinos multum illis placet.

Cur lingua Latinæ imperitus ante aduentum in Belgiũ.

Audita tali itaque Capuccinorum ſententia, ſyncerus CHRISTI exul reſpondit verbo ac geſtu, Latina non ſibi opus fore lingua, paratus fieri frater laicus in ſancta congregatione, vt Sacerdotibus & Clericis mereretur humilibus & vilibus inſiſtendo ope-

Vult fieri laicus.

do operibus inſeruire, quæ bona eius voluntas fratribus placuit non modicum. Sed veriti ne ſufficiens ad hoc illi robur deeſſet, ſuaſerunt vt ſtudijs incumberet cum reliquis ciuitatis pauperibus; interim facili, & eadem opera poſſet addiſcere linguam Flandricam, ad ætatem maturiorem ſuccreſcere, ac ſimul in ſe experiri, ſi eadem voluntas electionis aſperrimæ conditionis religioſi ſtatus permaneret. Aſſenſit obediens filius conſilio ſeniorum, atque nunc hanc, nunc illam ſcholam frequentando præ penuria pecuniæ ſtimulatus amore litterarum diligentiſſimè auſcultabat, & intẽdebat ijs quæ prælegebantur. Vbi propter Dei amorẽ oraſſet in ſcholis admitti exiguo ſaltem tempore, mirum eſt, quam multa tulerit, & fecerit ſcholaris: omnia æquo animo ferens, vt aliquando poſſet annumerari fratribus Capuccinis. Quo autem frugalius poſſet interdum replere ventriculum, ſculpebat

bat imagunculas in plumbo, ſiue ligno, modo puerili quibus inhiantes reliqui coæui ditiores, offerebant: huic ſuo ſodali butyracea, vel etiam fruſtum cibi, atque ita parti vtrique ex voto fiebat ſatis. Frequenter etiam ſolebat inſpicere cophinos puerorum, ſcholas ſecum frequentantium, quibus in ſportulis ambeſos ſi cibos reliquos inueniret, cuiuſmodi genus fragmentorum ſolet colligi pro porcis, ipſe auido appetitu ſumebat, vim inferens delicatæ ſuæ naturæ.

QVAM DILIGENTEM LITteris nauauit operam, & quam conſtanter genus ſuum celauit, & quomodo FF. Capucc. frequentare cœpit.

CAPVT XIV.

NOcte per ſex ſeptimanas iam liber à carcere arcis Antuerpienſis, dormiuit vt vagus & profugus in hac vrbe, quieuitq; in lig-

Magnā patitur hoſpitij penuriam.

nea quadam domuncula, excubijs agendis accommoda, qua ciues aliquando vſi fuerant. Stratum verè nimis durum mollibus & delicatis membris, eiuſmodi cubili non aſſuefactis.

Videre hinc eſt quantum poſſit feruor Chriſtianus, etiam in pueris. Quamuis ſubinde inuitaretur à ſodalibus ſuis obtēta in ſcholis venia ad luſum, nunquam viſus eſt ludere, ſed cæteris pueris ludentibus ipſe vacabat vel orationi, vel ſtudijs, libellos reuoluendo ſuos benè tritos, quos à ditioribus pueris vel à ſuo magiſtro acceperat (cuius ſcholas aſſiduus frequentabat) condolente piè eius calamitati, videnteque fœlix adoleſcentis ingenium, ac iugem laborem, præſertim morum illius honeſtatem, ac ſedulam pietatem, quibus etiam permotus cœpit diſcipulum ſuum magis magiſque amare, & beneuolentia non exigua erga eum affici, ac quocunque

Luſibus vacare renuit cū condiſcipulis.

que

que modo poſſet, eum iuuare. Hac de cauſa quodam die decreuit eum ducere ad exulem quendam pro fide Catholica Scotum, Antuerpiæ agentem, nomine Alexandrum, benignum in pauperes quoſcunque, in quantum exilitas ſuæ conditionis patitur, vt iuuenem conterraneum, ſi non adeò re, ſaltem bono conſilio iuuaret. Hac ratione aduocans ſtudioſum ſuum diſcipulum, adeſto, inquit, Adoleſcens, vt ſimul adeamus notum mihi virum Scotum, vt pari lingua gratoque conſortio paululum refocilleris.

Verùm Scholaris reſtitit quantum potuit, eo quod timeret agnoſci; hinc admiratione commotus Ludimagiſter magis puerum vrgebat. vbi ambo iam præſentes D. Alexandrum ſalutaſſent; vt ſtarem promiſſis, (inquit præceptor,) adduxi ad te Adoleſcentem hunc aduenam,

Veretur ne in notitiam veniat.

cuius vultum & affatum poſtulaſti. Stabat autem puer verecundus in terram demiſſis oculis, quem propius intuitus alter, interrogauit cum ore materno, vbi & qua in parte natus? reſpondit puer, obſcuro loco, in mente ſeruans cubiculum puerperij obſtructum, lumineque priuatum. Pauperculus filius incolæ ſum, ſubintelligens, arcis nimirum ceu caſtri. Quale tibi agnomen? Iänſonius, eò quod Ioannes, & pater ſimiliter Ioannes vocaretur, lingua paterna finxit tale ſibi cognomen. Pergebat rogare alter, non habes aliquem ex cognatione tua in aliqua ibi ciuitate cõmorantem, alicuius nominis aut dignitatis? habeo, inquit, caſu fortunatũ in tali, quæſita vltima parte ſuæ regionis, in qua hic ſuus inquiſitor paruum aut nullum indicium habere poterat, cuiuſquam ſiue litteris, ſiue armis præeminentis. In breui equidem hoc dialogo victor remanſit, palmamque obtinuit diſcipu-

Genus ſuũ non pãdit.

ſcipulus defendens cauſam ſuam, qua mundo incognitus, vilis & deſpectus haberi elegerat, vt in fuga & in mora viæ ac inſtituti ſui ſancto Alexio alijſque eſſet conformis. Magna certè conſtantia in adoleſcente diſſimulandi genus & ſtirpem. *Amat latere.*

Pergebat alter inquirere, quid ſibi animi fuiſſet in vinculis nouiter perpeſſis, ac præparato ſibi patibulo, vt ſaltem minis terrebat horridis Gubernator arcis Antuerpienſis? reſpondit intrepidus, non exhorrui neque carcerem, neq; patibulum; cùm mori & viuere, penuriam pati & neceſſaria habere æqualiter pro Dei beneplacito mihi gratum ſit, à quo Catholicus eſſe cœpi. Ecce quanta ſcintilla igniculi ſancti latebat in anima pueri! quanta benedictione dulcedinis præuentus, munitus eſt contra omnes memoratos inſultus! quas ſanè dæmonis aſtutias, etſi non ſine difficultate, deuicit tamẽ. Faſſus enim *Animus eius ad tollerantiam paratiſſimus.* *Sed non ſine gradû luctu.*

aliquando fuit, quod varijs agitatus tentationibus, cogitabat de reditu ad ſuos, & ad inſtitutum conuerſationis priſtinæ, triſtitia tædioque in calamitatibus inconſuetis affectus. Quid mirum, cùm & Beatum Paulum tæderet viuere interdum, vt ipſemet fatetur? Reſumpto nihilominus animo, fugatoque dolore, ſeruauit, ſeruatque inuictam mentem, inapertumque pectus fraudi. Stabat in omni difficultate conſilio ſui Confeſſarij: quin etiam ſolatio conuerſationeque fratrum Capuccinorum, quos ſæpè viſitabat, confortabatur, & ſpiritualiter, & aliquoties corporaliter. Sic Spiritus ſanctus benè in omnibus Iuuenculum dirigebat, qui eſt humilitatis inſtructor.

In omnibus conſulit confeſſarium.

PROFECTVS EIVS IN STVdijs *Ludouico Clariz ſubminiſtrante media, variæ difficultates & tentationes ab eo ſuperata.*

CAPVT XV.

ADmiratione & commiſeratione commotus ex intuitu & reſponſis aduenæ adoleſcentis, vir ille Catholicus Alexander, ac ijs præſertim ex geſtis, quæ in domo ſcholaque patrârat aſtantis Ludimagiſtri; duxit ſecum vtrumque ad fratres Capuccinos, ac gratia, qua pollet ſandi ab ijs impetrauit, ſimul cum hoc ſcholarcha, vt iuuenem commendarent, quam affectuoſiſſimè pauperũ patrono dulciſſimo Ludouico Claris, qui ex ore fratris & præceptoris audiens promptum adoleſcentis ad ſtudia proſequenda animum, tantaque horum amore patientem, & pati paratum, exoluit annuè pro expenſis eius magiſtro florenos centum. *Releuat eius inopiã pia liberalitas Ludouici Claris.*

Atque

Atque ita Latinam breui ſatis exactè, & Flādricam vtcunq; linguam addidicit ſolita ſua in ſtudendo aſſiduè diligentia: ac corpuſculum ſuum, Deo miſerante eius tantam inopiam, fouit aliquantulum ſuauius: licet in veſtitu eſſet pauperrimus, incedens per plateas calceis ligneis, qualibus vti conſueuêre in hac patria pauperum pueri, vilem ſonitum inceſſu reddentibus, auribus viſuique nihil gratum exhibētibus. Deinde indutus toga ſua illa paſtorali oblonga; quæ nunc attrita ſquallebat cōtecta pecijs & commiſſuris non paucis. Quid ſi ô adoleſcens in tali ornatu occurreret tibi delicata tua ſponſa, quam nuper in terra tua deſeruiſti, quid faceres, quid tibi eſſet animi? ſi ancillas magiſtri tui iuuantem, non ſolùm in lauandis, ſed etiam vſque ad nitorem tergendis ſcutellis, ſordida manu, nudóque brachio deprehenderet, ſimiliq́ue vel viliore opere ſeruili frequenter occupatum? ſi

Gaudet nihilominus vili in habitu, atque opere grandioribusque cœptis præludit.

ſpon-

ſportulas ſcholarium puerorum a-uidè inuadentem, cibiq́ue ambeſi cruſtas præ fame rodentem, deuo-rantemq́ue aſpiceret, num pudore victus aufugeres, num exercitia ti-bi placita relinqueres? non puto. Imò ſi te propter hæc acri dedig-nata ſermone reprehenderet, re-ſponſurum te non pudefacto vultu arbitror, quod B. Agatha ſuo ſibi exprobranti iudici, Ancilla Chri-ſti ſum. Melior eſt humilis Chri-ſtianorum ſeruitus, regum faſtu & opibus. Si ſponſam tali in famulatu tuam, & in tam deſpecto veſtitu tuo audires vociferantem, & præ ſtupore tibi conuitiantem his aut ſimilibus verbis: & non te pudet nobili ortum genere vilem Catho-licorum ſectari vitam, qui te modò non vt meum procum, ſed porca-rium conſpicio? hæccine ſors, hæc-cine proſperitas quam me poſtpo-ſita, me relicta, in religione aliena proſequenda aſſecutus es? tantáne ob hunc tam fœlicem tuæ condi-tionis

Humilitas Chriſtiana quā excellens.

tionis euentum, opus erat ſimulatione conſilij tui, vt tantus inter meos & tuos tumultus excitaretur propinquos? vt ludicra propter te coram rege & principibus terræ noſtræ facta ſim ſabula? veni modo, reuertere modò, ſordidam deſere hanc paupertatem: meis bonis, mea amicitia, regis fauore & tuis ſine hærede maſculo dominijs, poſſeſſionibus fruerē, patri tuo meoq́ue redde reuertendo amiſſam penè præ mœrore vitam. Reſponderes opinor ſat hilari facie, quod Propheta Dauid olim ſuæ in ſimili deſpectu inſultatrici vxori, *Ludam & vilior fiam*, &c.
2. Reg. 6.
nec eſt ô ſponſa mea prædilecta, vt conſternaris, nimioq; rubore perfundaris ex abiectæ perſonæ meæ voluntaria, viliq́ue ſeruitute, quaſi tuos meoſq́ue dehoneſtante natales. Confido enim bonitati diuinæ, te longè aliter ſuo tempore affectam iri, vt ſimilem vitam non erubeſcas; ſed cum beata etiam ingenua-

genuaque Agatha ex animæ tuæ deſuper illuminatæ fundo dictura ſis, Ancilla Chriſti ſum: experior quod præſtantior ſit Chriſtianorum ſeruitus Catholicorum, quàm Tyrannorum ſuperbia & indigniſſimus faſtus. Quid hæſitas candidè Lector, an, vt modo audiſti, ſimiles tentationum inſultus, pauperculus hic Chriſti exul ſuſtinuerit? Crede etſi oculis auribuſque corporeis ipſi non fuerint obiecti deforis, quod ſuggerente dæmone, naturæque titillante fomite, non modicè agitatus fuerit intrinſecus. Sine pugna multiplici, non eſt palma magnifica; quo dimicator validior, hoſtis proteruior, quò lucta productior & acrior, eò victoria illuſtrior & gratior.

Huius autem pugnæ cupiditate accenſus magis ac magis hic nouus athleta, ad tutiorem certaminis campum anhelabat ardentius, vbi ſtrenuis cum militiæ ſocijs ſub ducibus exercitatis atque exper-

expertis exerceretur ad prælia Domini. Interea die ac nocte orabat, laborabatq́; idoneus fieri; vt quàm citiſſimè præuium tractum ſancti Spiritus compleret, quo ſe ad religionem ſeraphici Franciſci ſuauiter non dubitabat impelli. Huius rei gratia tanto vigore in omnibus requiſitis exercitijs, ſtudijſq́ue litterarum ſuis ſe exercebat, ne imparatus ad conflictū colluctationemq́ue contra nequitiam ſpiritualem, quanto occultiorem, tanto periculoſiorem procederet; gratum ſpectaculum de ſe exhibiturus Deo, Angelis & hominibus.

Bonam hanc voluntatem adoleſcentis Spiritus ſancti gratia non modicum iuuit in ſtudijs proſequendis, nec minus afflante aura illa cœleſti in moribus honeſtis: ſuper omnia verò in feruidis deſiderijs aſpirādi ad vitæ genus aliquod perfectius: quam flammam in ſe nō diutius valens celare, venit plenus feruore ad fratres Capuccinos, indicans

Petit admitti ad Ordinē & admittitur.

dicans illis arcanum ſui cordis, ſeq́ue flagrare deſiderio ac voluntate recipiendi, quò citius, eò ſibi gratius, habitum S.Franciſci & Capuccinorum, quem propius intuētes fratres, videnteſq́ue eum ſatis exercitatum in palæſtra paupertatis, moribus & conuerſatione, magiſtro & ſodalibus ſuis vitam exhibuiſſe ſingularem, inſpirati à Deo ipſum in Ordine benignè ſuſceperunt.

QVARE SERAPHICI P. S. Franciſci Ordinem praelegerit, & ex quibus Ordinis alicuius perfectio metienda eſt.

CAPVT XVI.

MEritò autem hic nobilis Adoleſcens, Seraphici ordinis inſtitutum ſibi prę alijs eligendum eſſe arbitratus eſt; tum quia inexpectata illa (de qua dictum eſt) viſione ad hunc ordinem inuitari diuinitus videbatur; tum quia Apo-

In Ordine ſeraphico norma Apoſtolica. ſtolicam viuendi normam cum feruentius affectaret, iudicabat in ordine ſeraphico præ cęteris hanc viuendi normam exactè ſeruari; quã qui propinquius attingit, magis etiam Apoſtolicus, & perfectus dici debet. Conſiderabat ergo deuotus adoleſcens, in profeſſoribus inſtituti ſeraphici aſperitatem, & vilitatem veſtium; vix frigus arcentium; & recordabatur verborum
Matt. 11. Chriſti: quod *qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum ſunt:* recordabatur
Mar. 1. Apoſtolos Chriſti in vili admodum veſte Chriſtum ſecutos: erant enim pauperes piſcatores nec viles veſtes depoſuiſſe, & pretioſiores aſſumpſiſſe, vt Chriſtum ſequerentur: recordabatur Pauli de ſe affir-
2. Cor. 11. mantis; quod plus cæteris fuiſſet in frigore, & nuditate: propter quam etiam non poſſet ſeparari à charitate Chriſti, etiamſi per illam non
Rom. 8. modicum pateretur: recordabatur
Apoc. 11. quod in Apoc. teſtes Dei dicantur prophetaturi, amicti ſaccis, recor-

daba-

dabatur verbi Domini: *Nolite portare ſacculum, neque calceamenta.* & rurſum: *ſed calceatos ſandalijs.* Luc.10. Mar.6.

Conſiderabat deinde victus parcitatem in illis; quippe qui frequētius ieiunijs vacantes, oleribus & leguminibus ſæpius ſolis veſcerentur; tandem victum oſtiatim quęſitum, & nihil præterea haberent: *omnem ſollicitudinem ſuam in Deū proijcientes, quoniam ipſi cura eſt de nobis.* 1.Pet.5. Certum eſt autem modum hūc mēdicationis ad delitias, vel cibaria lauta paranda non conferre. Recordabatur verò nobilis adoleſcēns Apoſtolorum præ fame ſpicas vellētium per ſata: recordabatur eius quod Apoſtolus de ſe & coapoſtolis refert: *vſque in hanc horam, & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & laboramus operantes manibus noſtris.* Matt.12. Mar.2. 1.Cor.4. Subinde conſiderabat perfectum contemptum eius rei cui obediunt omnia, quamq; omnes appetūt, pecuniæ ſcilicet; & recordabatur verbi Domini. Nolite poſſidere aurū, *Quam generoſum contemnere pecuniam.* Matt.10.

neque

neque argentum, neq; pecuniam in
Act. 1. zonis veſtris; recordabatur pecuniã
& 8. fuiſſe in perditionem Iudæ & Si-
moni.

Tandem conſiderabat apud præ-
dictos ſeraphici inſtituti profeſſo-
res ſummam præ cæteris religioſis
paupertatem: quæ ſcilicet abdicat
omnem omninò proprietatem, tam
in particulari, quàm in communi,
& recordabatur verbi Domini.
Matt. 8. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli
nidos, filius autem hominis non habet v-
bi reclinet caput ſuum.*

Ex his autem omnibus diligen-
ter cõſideratis, perfectionis Euan-
gelicæ auidiſſimus adoleſcens pru-
dentiſſimè iudicauit, ex tot regu-
lis religioſorum nullam magis cõ-
uenire cum Euangelio, & Apoſto-
lorum viuendi norma, regula ſera-
phici Patris, & conſequenter ipſam
oportere eſſe perfectiſſimam.

Quam verò bene fundatum fue-
rit nobilis huius adoleſcentis iudi-
cium, quamque prudens eius ele-

ctio,

ctio, lubet paucis in pręſenti oſtendere, declarando breuiter quænam religio ſeu ordo religioſus inter alios cenſeri debeat perfectior.

Hanc autem quæſtionem quoniam aliqui moderni ita tractant, vt in eius tractatione nihil aliud intendere videantur, niſi probare ſuum inſtitutum vitæ eſſe inter omnia præſtantiſſimum, docendo perfectionem inſtituti religioſi nõ eſſe metiendam ex illis, quæ in regula ipſorum negliguntur: exiguntur autem in aliorum regulis, non ægrè ferent, ſi ex ijs ipſis perfectionem religioſi inſtituti etiam conſurgere oſtendero, & conſequenter illam religioné eſſe perfectiorem, vel ſimpliciter, vel ſecundum quid quæ illa habet, quam quę non habet.

De perfectiore ordine dijudicando quomodo tractent aliqui.

Circa hanc verò quæſtionem, conuenit inter omnes ordinem illum, cuius proprius finis eſt vacare operibus vitæ contemplatiuæ, eſſe perfectiorem illo qui tantum operibus

De quibus conuenit inter doctos circa quæſtioné de perfe-

ctiore ordine. ribus vitæ actiuæ dat operã. Conuenit ſecundò ordinem illum, qui ita contemplationi vacat, vt contemplata etiam proximo communicet, eſſe perfectiorem illo; qui tãtum in contemplatione occupatur: quia melius eſt eſſe ſibi bonum, & etiam alijs; quam ſibi tantum. De his ergo controuerſia nulla eſt; ſed inter ordines vitam mixtam contemplatione & actione ducentes. Quæritur quiſnam ſit perfectior.

In quo cõtrouerſ.

Buſæus l. de ſtatibus. de ſtatu Mon. c.4. efficitur (inquit) illum Ordinem eſſe perfectiorem, qui ex propria inſtitutione animarum ſaluti vacat per plura miniſteria, prędicationem, adminiſtrationẽ ſacramẽtorum, inſtructionem Catecheſeos, viſitationẽ infirmorũ, & vinctorũ, inſtitutionẽ gratuitã iuuentutis in omni genere litterarum, & pietatis, ſodalitates, & alias priuatas publicaſq; cõuerſationes propinquas & remotas ad iuuandam ſalutem animarum directas.

Sententia aliquorũ.

Idem

Idem docet Leſſius de Iuſtit. & Iure l.2.cap.41. dub.2. & addit quod perfectio religionis alicuius non ſit metienda ex auſteritate; neque ex eo rigore paupertatis ; ſecundum quem nihil omninò , ne communiter quidẽ poſſidetur ; neque ex eo quod habeat chorum, ſeu pſalmodiam publicã ; quia, inquit, iſta omnia poſſunt eſſe minus conueniẽtia ad finẽ principalem. vnde etiã multũ laborãt Lorinus in Acta Apoſt.c.12.& Maldonatus in Matt. c.10.&alij recentiores, vt probent nullum fundamentum habere in Scripturis nuditatem pedũ, quam Hieron.in Matt.c.10.Auguſt. l.de conſenſu Euang. c.30. alijque Eccleſiæ Doctores ex traditione Eccleſiæ in Chriſto, & Apoſtolis agnouerunt , ita ſaltem quod ſoleis tantum , plantã pedis tangentibus vterentur; ſed volunt integris calceis , imò ad ſuras vſq; pertingentibus vſos ; vt expeditiores eſſent itineribus conficiendis.

Volũt nullam eſſe diſtinctionem inter calceos & ſandalia. Videtur ipſis hæc diſtinctio ſubtilior.

Habitum quali vſus eſt S. Frā. non conuenire conuerſantibus cum hominibus docet Buſæus.

Buſæus autem l. de ſtatibus, de ſtat. Monach. c. 5. cōtendit habitum vilem & ſordidum, quali (inquit) vſus eſt S. Franciſcus, non conuenire religioſis inter homines habitātibus. Hinc etiam Iulius Nigronus in regulas communes ſocietatis ad regulam 12. multum commendat vſum lineorum.

Vera ſententia de perfectione maiori, vel minori alicuius ordinis.

Verùm ſi poſt Doctores tam inſignes quinque verba mihi in ſenſu meo loqui licet, dicendum mihi videtur; quod de perfectione maiore ordinum vitam mixtam profitentium iudicandum ſit, non ex eo tantum quod pluribus medijs, vel miniſterijs ſalutē proximi procurent, vt ſolū videntur velle præfati: ſed ex eo quod media congruentiſſima exhibeant, quibus, & adhæreatur Deo per dilectionem charitatis, & proximus ad piè viuendum maximè prouocetur; deinde ita varijs miniſterijs ſalutem proximorum procurent, quod in illis exhibendis Apoſtolorum exemplo

non

non careãt, nec ita multiplicia ſint, quod ſua multiplicitate à principali fine omnium ordinum religioſorum non auocent.

Media verò illa ſunt, contemptus perfectus delitiarum, diuitiarum, & commoditatum carnis; qualem fuiſſe in Apoſtolis omnes fatentur; ſtudium orationis, & prædicatio verbi Dei. *Ecce*, inquiunt, *nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* & alibi, *non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. Conſiderate viros quos conſtituamus ſuper hoc opus; nos verò orationi & miniſterio verbi Dei inſtantes erimus.* Hæc ſunt præcipua media & miniſteria quibus ordinariè vſi ſunt Apoſtoli ad fines præfatos. Dixi, ordinariè: quia extraordinariè aliquando Sacramenta miniſtrabant.

Quæ media maximè cõgrua ad fines ordinum vita mixtæ.

Matth. 19.

Actor. 6.

Meritò autem Apoſtoli abſtinebant à multiplicitate miniſteriorum: tum quia præ nimia multitudine ſingula minus bene fieri poſſunt, tum quia æmulationem & inuidiam

Cur Apoſtoli à multiplisitate miniſteriorũ abſtinuerint

uidiam parit, quod aliqui omnia præſtare velint; & ſuſpicionem facit quod non ſolum Chriſto, ſed etiam ſibi velint animas lucrari: tandē quia tot miniſterijs occupari circa proximū, impedit aliquādo occupari circa Deum & ſalutē propriam. *Quid verò prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?*

Ex auſteritate etiā metienda perfectio maior Ordinis.

Ex his verò efficitur primò, quod etiamſi ex ſola auſteritate metienda non ſit perfectio ordinis alicuius, ex illa tamen metienda eſt, ſi exemplum in Apoſtolis habeat, qualis auſteritas eſt in nuditate pedum, & ſolo ſandaliorum vſu; cuius exemplum Auguſtinus, Hieronymus & alij in Apoſtolis haberi probant, ex Scripturis diſtinguentibus inter ſandalia, quæ vult deferri, & calceamenta, quæ abijci vult Chriſtus: alioquin ſi hæc non ſunt diſtincta, ſequetur quod Chriſtus ſibi in docendo cōtrarius fuerit. Nec ſatisfacit Maldonatus dicens, quod quādo Chri-

Nuditas pedum & ſandaliorum vſus in Apoſtolis ex emp. habet.

Si calcei & ſandal. non diſtinguuntur. Chriſtus

ſtus vult abijci calceamenta intel- *videtur*
ligendum de duplicibus, ſiue quod *praecipere*
non deberent ſecum deferre duo *contraria.*
paria calceorum, quaſi verò periculum
eſſet, ne Apoſtoli prętèr calceos
in pedibus haberent aliud par
calceorum ſemper cingulo appenſum,
vt propterea eiuſmodi prohibitione
opus eſſet, quando per viã
ituri eſſent. Certè ſi hæc expo- *Occurritur*
ſitio admittenda eſt in calceamen- *euaſioni a-*
tis, quando dicit Chriſtus ſe miſiſ- *liquorum.*
ſe Apoſtolos ſine ſacculo, ſine pera,
ſine calceamentis. Luc. 22. non video
quare nõ ſit admittenda in ſacculo
& pera, vt ſcilicet non omninò
ſine eiuſmodi adminiculis ſed
ſine duplicibus miſſi cenſeantur.

Quod autem vilitas veſtis & aſ- *Vilitas*
puritas in Apoſtolis exemplum ha- *aſperitas*
beat ſatis ſupra oſtẽdimus. Verum *veſtis in*
miror quod Buſæo vilis habitus *Apoſt.*
S. Franciſci ſit adeò ſordidus, quod
iudicet non conuenire religioſis,
niſi ſolitarijs; non autem conuerſantibus
cum populo. Cùm certum

ſit Apoſtolos & S. Franciſcum in veſte vili, & aſpera ſæpius cum hominibus conuerſatum eſſe; neque id contra decorem factum eſſe, cum decor religioſi ſit vilitas veſtis: quã vilitatem etiamſi Buſæus velit eſſe ſordidam; vnde vilem & ſordidum habitum accipit pro eodem; non tamen arbitror ſordes ſemper cum vilitate habitus coniunctas, & S. Franciſcum geſtaſſe quidem habitum vilem ſed non ſordidum.

Non idem ſunt vilis veſtis & ſordida.

Deducitur 2. quod non ſolum vt inquit Leſſius ſupra; cæteris paribus quo maior eſt paupertas eo perfectior eſt religio, verum etiam quod cum vbi maior paupertas eſt, neceſſe ferè ſit cętera ad perfectionem requiſitam eſſe paria. Ordinẽ qui ita pauper eſt vt nihil etiam in communi poſſideat, medijs perfectiſſimis proſequi ſuum finem, Sola enim paupertate quę nec in communi aliquid poſſidere poteſt, radicitus extirpatur, omnis auaritia, & cupiditas: quam Apoſtolus vocat ido-

Vbi maior paupertas ibi reliquæ virtutes etiã maiores & Ordo perfectior.

idolorum ſeruitutem], & omnium malorũ radicem: nec ille ordo qui poſſeſſiones in cõmuni habere poteſt, etiamſi in particulari nihil cuipiam proprium permittat; poteſt cum Paulo dicere; neque enim aliquando fuimus in occaſione auaritiæ; experientia enim conſtat in omnibus ferè ordinibus, ius acquirẽdi, & poſſidendi in commune auaritiæ & ruinæ occaſionem extitiſſe. Quapropter dico ordinem qui fundatur in paupertate poſſeſſiones, admittente ſimili baſi, innixum illi qua nitebatur ſtatua viſa à Nabuchodonoſor, cuius pedes erant partim ferrei, partim fictiles, & proinde ruinæ expoſita. Quis ergo dubitet illum ordinem perfectiorem eſſe, ex quo radix omnium malorum cupiditas penitus euulſa eſt, illo in quo tam facile pullulare poteſt, & de facto pullulare videtur? Quis dubitare poteſt illam paupertatem, quæ nec poſſeſſiones in

1 Theſ. 2.

Auaritia multis occaſio ruinæ.

Paupertas cum iure poſsidendi ſimilis pedibus} ex parte ferreis, & ex parte fictibus.

in communi admittit eſſe maius incitamentum humilitatis, mititatis, miſericordiæ, pacis, munditiæ cordis, patientiæ, & reliquarum virtutum quàm aliam quę proprietatem in particulari tantum adimit?

Religio habens chorum cæteris parib. perfectior

Deducitur tertiò cæteris paribus religionem habentem chorum eſſe perfectiorem non habente illum, aut ſi non eſt perfectior, ſuperfluam in Eccleſia eſſe publicam pſalmodiam, quod neminem dicturum puto.

Religio nō ideo perfectior, quia pluribus vacat miniſterijs.

Deducitur quartò, illam religionem non ideò perfectiorem alia cenſendam, quod pluribus vacet miniſterijs, in ſalute proximi procuranda: quia perfectiſſimum vitæ inſtitutum fuit Apoſtolorum, qui declarantes cui miniſterio, vel exercitio vacare vellent, de ſe dicunt; nos autem orationi & miniſterio verbi Dei inſtantes erimus.

Dedu-

Deducitur quintò, Delitiarum, & diuitiarum perſectum & omnimodum contemptum, cum ſtudio orationis, & exercitio prædicationis eſſe verè Apoſtolicum & excellentiſſimum medium ad finem obtinendum, cuiuis Ordini religioſo ſtatutum. Sicut enim cauſæ vniuerſales ſuo vniuerſali iufluxu nobiliores meritò cenſentur particularibus, ita ordo, qui præfatis medijs generaliter ſalutem omnium promouet, non videtur ſaltem poſtponendus illis, qui occupati, & turbati circa nimis multa; (quorum miniſteria vel alijs reliquerunt Apoſtoli, vt miniſterium ordinarium ſacramentorum; vel etiam omninò neglexerunt, vt traditio diſtractiua ſcientiarum humanarum) ſæpius per huiuſmodi retrahuntur ab illo vno, quod omnibus neceſſarium eſt.

Contēptus mundi orare & prædicare media ad fines Ordinū mixtæ vitæ aptiſsima & ſufficientiſsima.

Reſpondetur obiectioni contra doctrinam ſupra poſitam.

Ex dictis autem patet quàm ſutile & vanum ſit quod dicunt aliqui, qui auſteritatem multiplicem, paupertatem rigidam, chorum, & alia eiuſmodi abijciunt. Hæc videlicet non ſunt de eſſentia ſtatus religioſi, ergo ex eis perfectio ordinis non eſt metienda. Simili modo argumentaretur, & puto ab omnibus rideretur, qui cōtendens quod in homine de eius eſſentia non ſunt pedes, manus, lingua, oculi, (quia reperiri poſſunt homines ſine his membris) inferret, ergo perfectio hominis ex his metienda non eſt; ſed ſatis eſt conſiderare vtrum habeat aliquale corpus cum anima rationali. Quis non exibilaret eiuſmodi argumētantem? Potiori profectò iure digni ſunt ſibilo, qui contendentes nuditatem pedum, vilitatem & aſperitatem veſtium. Ieiunia ordinaria, preces aſſiduas, pſalmodiam publicam, paupertatem, poſſeſſiones in communi etiam excludentem non eſſe de eſſentia,

tia, ſtatus religioſi ergo perfectio ordinis in his non eſt attendenda: quaſi verò apud Deum & proximum plus valerẽt ſola verba quàm exempla bona.

CONVERSATIO F. ARCHangeli in Ordine Fratrum Capuccinorum, eius conſtantia & mores in nouitiatu.

CAPVT XVII.

QVis modò excogitet mente? quis ore promat ingens gaudium, eminentem ſpiritus exultationem, quam F. Archangelus perſenſit in imis viſceribus, imoque animæ ſuæ fundo; vbi iam optatum deſiderij ſui conſecutus erat effectum, tot votis à Deo & ſeraphico Franciſco poſtulatum. Creſcunt namque deſideria prolongata non modicum. Quam iucundum fuiſſet intueri magnum exercitum Beati Franciſci Ducis eximij in cœlis vniuer-

Quanto gaudio affectus fuerit de admiſſione ad ordinẽ.

niuerſum hunc diem feſtiuo hilariq́ue celebrare encomio, ob nouum militiæ ſuæ aſſociatum æterna prædeſtinatione adſcriptumq́ue tyronem. Verèmeritoq́ue exultauerunt montes illi ſuperni vt arietes & colles ſicut agni ouium, colles dico fratrum minorum humiliter in cãpo certaminis huius mundi alacriterq́; pugnantiũ. Verèverè dies hęc albo ſignãda lapillo, dies fœlix, dies iuſtæ & ſpectabilis militiæ pro ſumma Dei gloria admodum præclara.

Fit Capuccinus, anno ſalutis 1593. ætatis ſuæ 23. in die Portiunculæ.

Accepit autem habitum Capuccinorum ſeu nouitiatus indumentum ætatis ſuæ vigeſimo tertio, ſalutis verò 1593. Tornaci ipſo die Portiunculæ, qui eſt ſolemnis in Ordine conſecratus beatæ Mariæ Virgini ſecunda Auguſti, quaſi ſingulari tutatrici gregis puſilli, paruæq́ue portiunculæ fratrum tempore ſancti Franciſci ea in ædicula ſacra congregatorum, ac præ cæteris ad culmen perfectionis feruentius aſpirantium, circa florentis hu-

ius ordinis initium. Sequenti anno eodem die profeſſus heroica emiſit vota, quin & illo die anno à ſuo nouitiatu decimo tertio vitã finiuit, vt ſuo loco dicemus. Euidens ſignũ quod præſtita eius filio virginis tali die ſeruitia virgini grata extiterint, cui, vt æquum eſt, deuotus ſemper fuit, mutato etiam nomine cum indueretur habitu ceu veſte Capuccinica, vocatus eſt Fr. Archãgelus, prius enim vocabatur Ioannes: quę quidem nominis mutatio, ſeruatur circa quemque nouitium inter Capuccinos veſtiendum ſolito de more.

eodem die poſt plures annos migrat è vita

Pœnitentis nunc habitu ſuſcepto mirum quãto feruore in hac ſua iuuenili ætate, alias ad mũdana procliui, omnipotenti Deo ſeruiuerit in timore & ſimplicitate cordis columbina, corpus ſuum aſſiduè caſtigans & in ſeruitutẽ redigens, ſub diſcreto tamẽ ſui ſuperioris fręno, quo op⁹ eſt iuniorẽ feruorẽ retineri atq; impetũ vigoris moderari, ita. n. fit vt mer-

Eius progreſſus in virtutibus

merces non minuatur, dum ſagaci interdum circumſpectione aſperiora exequi prohibētur; ſed duplex meritum promiſſæ vi obedientiæ cumuletur, primogenitę humilitatis filiæ.

Meritum obedientiæ.

Quid mirū ſi athletha Chriſti iacto tā profundę humilitatis ſnudamēto profecerit in omni genere virtutū. Oculi domini in pauperem voluntarium reſpiciunt, & in eos qui ſibi ſincero corde confidunt; quibus ſimiliter ſeipſum fidit & ineffabilibus tradit fruendum modis. Et quē ſemel ſuſcipit Deus, quis eſt, qui eum de manu ſua rapiat? ſecundum carnem prudentes quidam Scoti pro fide in Belgio profugi certiores facti, quod iuuenis Scotus breui emitteret votum inter Capuccinos, inquirentes inter ſe & ſedula diſquiſitione indagantes quiſnam eſſet ille: credunt, nec vana fide, illum eſſe nobilem, & quidem illuſtris & bonæ ſibi notæ familiæ, dū vultum, dum geſtus eius conſiderant,

Humilitas omniū virtutum fundamētum.

Scoti aliqui ab ordine retrahere tentant.

rant, illi ſuſpicari, huc illuc mente impelli ſi forte non ſit ille adoleſcens, qui nuper è Scotia fugiẽdo reliquerat oblatam ſibi à patre ſponſam domumq́ue paternam, de quo tam mira in Scotia audierãt, ac propter ipſum facta viderant depoſita itaque omni modo ambiguitate, inito inter ſe cõſilio cõcludũt, rẽ ad Doctores Profeſſoresq́ue vniuerſitatis Duacenſis eſſe deferendam, ſub tali propoſitione, vtrum liceat nobili primogenito ſuæ ſtirpis familiam deſerere in præiudicium patriæ propriæ, ac Religionis Catholicæ? Reſpondent illi, omnino nõ licere qua de cauſa, ac proponentium horum inſtantia, vocatus coram Magiſtris noſtris feriò cum obedientiæ mandato nouitius ſtatuitur in concilio, ſuadetur vt inceptum propoſitum omittat, ab eoq́; reſiliat, imo ad hoc ipſum teneri in conſcientia: Sedent cuncti defixis in os vultũq́; Iuuenis reſpõſuri oculis. Qui audita tam inexpectata

Detegitur eius Genus.

Diſquiritur An tali Iuueni Catholicorum in Scotia fulcro, liceat intrare Religionem.

tata ſentẽtia magno animi feruore, commixta tamen iuuenili humiliq́; modeſtia, dixit. Domini mei, totus corpore ſum inualid⁹, intus foriſq́; lõga inedia, acerbiſq́; diſciplinis eneruis, factus ſum exſucc⁹ & exſanguis, vires ad rẽ bellicã tuendæ patriæ, & maritalẽ procreãdis liberis me prorſus deficiũt. Si nihilominus profeſſionem meã impeditis in hac patria, fugiã ad aliã. Si etiã ibi impediar ſeu nõ admittar, ſolitariã cogito vitã & viã, qua nemo mortalium me inueniat. mirãtur oẽs conſtantiã talẽ in iuuene, & protin⁹ cõclamãt, vocatio hæc à Deo eſt: vade fili in pace. Euidens procul dubio indiciũ eſt electæ à Deo animæ, cùm varia oriũtur impedimẽta ab hominib⁹, à dæmonib. ſuſcitata cõtra volentẽ profiteri vitã monaſticã, ſicut multis vtriuſque ſexus Sanctis eueniſſe legimus. Tali pugna tyronũ ſuorũ delectatur Ieſus Chriſt⁹, vt per ipsũ addãt gratiã capiti ſuo. dignũ quoq; certamẽ habuit toto nouitiatus ſui anno contra vanã exiſtimationẽ ſui

Suadent exitũ Doctores, ſed non perſuadent.

Firmũ animi propoſitum in Iuuene.

ipſius, quo durãte currentiq; occultauit nobilẽ ſui ſanguinis, ſuæq́; familiæ proſapiã; ita vt vixerit inter fratres incognitus, inſtar pauperis filij alicuius Scoti, paratus ſẽper opere, & volũtate ad viliora exercitia religionis exequẽda, tã ante, quàm poſt profeſſionẽ ſuã hilariter prorsꝰ & animosè: adeo ꝙ ſi ſub finẽ probationis ſui anni modo dictꝰ caſus, quo à quibuſdã Scotis cœpit dignoſci, nõ eueniſſet; ſi etiã merito obediẽtiæ à ſuo & ceterorũ nouitiorũ magiſtro nõ fuiſſet coactus nudam fateri veritatẽ ſui ſtẽmatis, nũquã alicui hãc intimaſſet; tãtus inerat ei amor proprij deſpectus, propter quẽ rogabat etiã magiſtrũ ſuũ, & Guardianũ ſimul, vt ſecretũ illud penes ſe ſeruaret, nec alicui fratrũ propalaret. Sic pluribus fratribus mãſit aliquot annis incognitus, nulliuſq; ęſtimationis inter eos reputatꝰ: quia nũquã auditus eſt facere mẽtionẽ alicuiꝰ rei, quæ ſui ipſius ſaperet exaltationẽ, vanã ſugiẽs gloriolã vbiq; tã corã ſęcularibꝰ quã Eccleſiaſticis perſonis.

Ipſe obſecrat Genus ſuùm celari, nec paſsim omnibus innoteſcere.

Hinc latet aliquot annis incognitus pluribus Fratrum.

Hinc

Hinc contigit, vt à ſenioribus frequenter, cæteriſque fratribus liberius ad vilia quæque ſeruitia exequenda impelleretur; varijs moleſtijs pro rerum occurrentium diuerſitate ſine vllo reſpectu humani fauoris afficeretur. Ita enim moris eſt apud nos eos qui in crucis ſchola ſunt, exercere, vt cũ magiſtro ſuo Chriſto paſſo, pati ſerio vbique & in omnibus addiſcant. Mirabar nihilominus tacito poſtmodum cum ſilentio, vbi ortus eius illuſtrior mihi innotuiſſet, quod ſine frontis ruga, ſine aliqua contradictione talia ſuſtinere, imo hilari potius vultu in ijs videretur exultare; præſertim quod perſona ſua nobis foret incognita & inſtar pauperis tractata.

Exercetur variè in vilibus & aſperis.

Semper hilaris vultu in contemptu ſui.

In tantum autem patiendi erat auidus quod cum ſemel ipſi aliquid imponeretur, cuius tamen non erat reus, propter quod nihilominus nouitius quilibet dimittendus fuiſſet, ſi tale quid feciſſet, ipſe tamen quantũlibet innocẽs, nũquã verbulum

Quàm auidus contumeliarũ.

lum vnũ in ſubſidiũ ſuę innocẽtiæ protulit, nũquã ſe excuſauit: ſed patienter agens innocentiæ ſuæ defenſionem omnem commiſit Deo. Quis etiam paucis ediſſerat, quam inimicus fuerit non dicam gulæ ſed eius etiã delectationis. quæ in parua admodum & nullo modo delicata refectione legitimè percipi poteſt, fame ſcilicet cibos maximè inſipidos condiente? ſæpe enim viſus eſt diebus ieiuniorum ordini ſatis frequentibus, cum piſces non recẽtes, ſed ſalſi, & viles apponerentur, vel ipſos omnino non guſtaſſe, quãtumuis fames ad id eum prouocaret; vel ſi à Prælato comedere iuberetur butyro ſuperfuſo nõ auſũ fuiſſe piſces intingere; ne hanc qualemcunque delectationem perciperet. Difficile iudicabat neceſſitati ſecluſa voluptate aliqua minus ordinata ſatisfacere. Quis reliquas tandem mortificationes enumeret, quibus in nouitiatu verè crucis palęſtra Athleta hic Chriſti exercitatus

Quam aduerſus à iuſtis etiam in cibo delectas.

tatus

tatus fuit, verum de his adhuc infra.

PROFESSIONEM EMITTIT, *ſtudijs dat operam, eius præclari mores, & laudabiles animi dotes poſt profeſſionem.*

CAPVT XVIII.

Fit profeſſus & ad ſtudia deſtinatur.

POST ſuſtentatos ergo tot mortificationum agones, profeſſus ad ſtudia tandem miſſus eſt in Conuentum ſtudijs Philoſophicis deputato, ſub prælectore Ordinis deſignato, per prælatos. Sic autem primo occurrit incognitus mihi F. Archãgelus (niſi nomine tenus) antea non viſus. Neque enim competit iunioribus cusiosè inquirere qua quis proſapia natus vel dignitate in ſæculo fulſerit, ſed quibus virtutum exemplis nos prouocet fas eſt conſiderare attentè. Qua ratione non oſcitanter geſtus, mores, agendique in omnibus modum noui

noui huius aduenæ obſeruaui & plures mecum. Imprimis quam modeſti humileſque ipſius intuitus & greſſus tam domi quàm foris. Etenim qui compoſitum ſe præbet in plateis atque in publico, effuſum in cella & cœnobio, hypocrita cenſendus eſt. Quam paratum ipſum vidimus ſimili cum modeſtiæ ornatu ad ſeruitia quæque exhibẽda præſertim viliora? aderat plerumque primus in lauandis ſcutellis, panniculis immundis: ſtatis diebus verrebat domum, omnique ex parte mundabat ſeceſſum, maximè: ad hunc ſecreto purgandum, captabat horam, qua minus humile hoc eius obſequium appareret.

quam cõpoſitus.

Vilia libẽter exequitur.

Impoſita ipſi ſemel cura Sacriſtię, quanta prõptitudine requiſita hæc omnia onera operaq; exequeretur non otiosè tacendum; vidiſſes quaſi Angelum Dei in loco ſacro, & Eccleſia miniſtrãtẽ, omnia nitidè abſtergentẽ, in tẽpore pręparãtẽ, paupertatis ſplẽdore ornamẽta quæq; alta-

agit nitidum ſacriſtam.

altaris micantia, & mundiſſima reddere ſatagebat. Sordida eſt coacta paupertas, voluntaria nequaquam. Vulgare namquè dictum eſt inter Capuccinos: ſit munda paupertas. Parietes, pauimentum, feneſtras à ſordibus vindicare, cæteraque vaſa mundiſſima ſeruare, ipſi curæ erat. In his omnibus ſeruitijs externis modo dictis, & dicendis à Deo ſuo non recedere; ſed ipſum in mẽte cuſtodire amoroſo conatu nitebatur. Hic operis ſcopus, hic terminus laboris: quem qui neſcit, veniat & addiſcat, conetur & attingat, teneat nec dimittat.

In externo opere Deo ſemper intus intendit.

Infirmis maximè charitatiuus.

Tanta vero alacritate ac dilectionis exhibitione inuentus eſt multoties viſitare infirmos fratres ſuos, vt ſinguli ægroti gauderent, atquè exultabundi alleuiationẽ haurirent auribus oculiſque non modicam ad eius introitum & acceſſum: ſingulis dulci ſua loquela conſolationis verba propinando, vel ſi opus eſſet ſententia efficaci

eos

eos qui deiectiori paulo viderētur animo, roborando, hoc vel ſimili modo. Animosè chariſſime Frater; Ieſus tecum eſt in cruce; nuſquam inuenitur melius quam in preſſuris. Si aurum es, ab ipſo probaris; ſi ſcoria, purgaris, quibus ſępè animati exhortationibus infirmi, parati erant, nec pharmaca, nec delicatiora quæque admittere; ſi abſque culpa licuiſſet; parati quoque, morbi moleſtiam æquo animo ferre; quāto tempore Dei beneplacens voluntas, ipſos in ea detinere decreuiſſet. In infirmo vnoquoque, laboribus fatigatum Ieſum conſiderās; flexis genibus loquebatur; breuiq́; finito ſermone, confeſtim operi ſe accingere; vaſa cubiculi ægris neceſſaria purgare; ſcopis omnia mūdare; ſudorē infirmorum linteo abſtergere; quicquid denique facto opus, ſine mora viſus eſt exequi. Si vigilandū; ſi horæ Canonicæ alternatim dicēdę; ad omnia hilari facie, promptoq́; animo ſtabat paratus.

Hortatur ægrotos ad patientiā.

Infirmis miniſtrat ſicut Chriſto.

His peractis, ad ſeruitia pergebat fratrum communia; vt vnumquemque iuuaret: Hortulano, Culinario, in auditu auris obediebat; quæ ab ipſis iuberentur magis ſuæ inclinationi contraria; ad hæc libẽtius properare; completo opere flexis genibus, cuique ſolitus erat gratias agere, quod dignati eſſent, ipſum ad opus admittere, laborumq́; participem facere.

Inſeruitijs domus ſuæ ſenſui magis repugnantia eligit.

Superioribus ad nutum, minimumque ſignum parebat: nihil tã arduum, tam moleſtum iniungi poterat, quod alacriter non aggrederetur: Sacerdotibus tam magnam reuerentiam exhibebat, quaſi aliquem ex ſanctis Apoſtolis, vel Cõfeſſoribus præſentem vidiſſet, paribus ſocijs fratribus, ita mitem ſe præbebat, quaſi omnium eſſet ſeruus; eo quod inferiorem, viliorem-q́ue ſe cæteris, ſine ſimulatione nouerat æſtimare.

Quomodo erga ſingulos ſe gerebat.

Tempore refectionis, ſic intra ſe recollectus, & ſubinde ſupra ſe ſuſpen-

Deo intentus dum cibũ ſumit

ſuſpenſus, menſæ aſſidebat; Vt cibus, potuſq́ue, quibus parcè corpus reſtaurabat, tædio ipſi forent; quaſi neceſſitate, communiq́ue obedientia, ad refectorium compulſo: nec mirum cùm longè ante gulæ rabiē puer fugitiuus refrenare didiciſſet. Remota menſa, lotis ſcutellis, officio B. Virginis per horti circuitum perſoluto, reliquo temporis, vſque veſperas, ſi nihil in communi agendum occurreret, ſolitarium locum adibat, cellam frequētabat; hic Ieſum dilectum inuitare, nunc gemebundis ſuſpirijs, nunc amoroſis, tacitiſq́ue in ſilentio clamoribus, Chriſti familiæ vniuerſæ, ſingulas neceſſitates Deo commendare conſueuerat. Secretiora fercula, quę caſtiſſimo ibi amore inter diligentem & dilectum ſunt prelibata; ſupremus dies, occultorum reuelator pādet. Cùm enim ex Apoſt. ſciret corporalem exercitationem, ad modicum vtilem eſſe; pietatem autem ad omnia, iuxta conſilium

Solus eſſe optat vt Deo vacet

1. Tim. 4.

1. Cor. 12. eiuſdem Apoſt. æmulabatur chariſmata meliora: excellentioremq; viam ſibi demonſtratam, ſedulo ſequebatur, in perfectiſſima præſertim abdicatione omnis proprietatis; etiam rerum maximè ſpiritualium: in ſimpliciſſima ſpiritus, ab omnibus creatis denudatione: in pœnitiſſima omnium imaginum, quantumuis nobilium è mentis ſacrario eliminatione; vt ad intimam vnionem cum Deo, per actualem, & feruentiſſimam charitatem pertingere poſſet; quam ex Apoſtolo didicerat, nunquam excidere: reliqua verò dona, vt inquit D. Thom. in 1. ad Cor. c. 13. præter illam; quia imperfectionem habent, tollenda; iuxta illud: cùm venerit quod perfectũ eſt, euacuabitur quod ex parte eſt: id eſt, quod imperfectum eſt; pars enim habet rationem imperfecti, inquit Doctor Angelicus.

In dilectione Dei exercetur

Minimam recreationem vix admittit.

In ſeruando ſilentio ita fuit ſeuerus; vt tempore cõmunis recreationis (quæ vno vel altero permittitur

titur die, vt obligationis ieiunia alacritate maiori inchoentur) vim viſus ſit ſibi inferre; hilari ſocietati ſe conformando: vt notam ſingularitatis euitaret. Nec ſic fruſtra pauxillulum nonnunquam laxantur habenæ, hinc enim ſenioribus innoteſcit vel viuacitas vel indolis tarditas cuiuſque iunioris.

DE EIVS COMPOSITIONE *externa & feruore in oratione.*

CAPVT XIX.

EMISSVS ad ciuitatem, ſiue viſitaturus infirmos, ſiue eleemoſynam petiturus, vel alia quacunque de cauſa; tanta cum ædificatione proximi, in publicum prodibat, vt etiam ſolo ſuo per plateas morigerato inceſſu: vel (noſtro loquendi modo) mortificato ore & aſpectu; corda peccatorum tangeret; mundanæque iuuentutis vanitatem

quam religioſo inceſſu prodibat in publicum.

tatem oppugnaret; fortè & quandoque expugnaret. Sic prædicationis munere fungi licet, & fratri Laico; ex chronicis enim ordinis conſtat. S. Franciſcum ſocio ſuo dixiſſe; eamus frater concionatum, per ciuitatis vicos, iuerunt ergo per vicum vnum atque alterum, tacito ore, nudis pedibus; quamuis vrgeret frigus, domum redierunt: & ecce in reditu, aſtantem porte conuentus iuuenem indomitum; humiliter ad ordinem admitti petentem inuenerunt: quem Sanctus proculdubio præuiderat, in Spiritu, tali modo lucrandum; nemini igitur mirum videatur, ſi Deus diſtinctas ordinum vitas, veſteſque inſtituat, mores eorum decore vario componat; his enim quaſi retibus varijs, varios capit mundanos, ſupponãt capita, reptareque ſub ſolido aliquo, non perforato rete aſſueſcant, ſi mundi huius pericula, cum Sancto Antonio miſeri euadere cupiant.

In diuino officio, cęleſtiq́ue pſalmorum harmonia, ſi quis cantantem intente, fratrem Arhangelum ſpectaſſet; ore compoſito, vultu ſereno, erectoq́ue in laudibus diuinis corpore; illius alacritatem vocis, immobiles oculos, cordis attentionem, ſtillantes pręguſtu interno lacrymas: quaſi angelum terreſtrem raptum inter cęleſtes intuitus fuiſſet. *Quam deuotè pſallebat.*

Tempore orationis mentalis, cuius habitum longa exercitatione, & ſudore multo adeptus erat; tanta aliquãdo deuotionis exultationiſq́; exuberãtia fruebatur; vt ſerenũ, vernanſq́ue mentis gaudium, in corpuſculum eius redundaret. Cæterum tantationibus improbis corporeoq́ue torpore interdum ingruentibus, tanto conatu eo excutiebat; vt in eiuſmodi pugna, ſæpius viſus ſit, nudis pedibus, in pauimento poſitis, ferreis Catenulis dorſum eius perſtringentibus cæteriſq́ue armis, *Quomodo ſe habebat inoratione mentali.* *Quomodo tẽtationes torporemque excutiebat.*

quæ militi religioſo in promptu eſſe ſolent; dæmonia ſternere, carnemque pigram excitare. Tota dein viuacitate memoriæ, intellectus acumine, præparata ac prompta voluntate, eleuato corde, viribus, manibuſque expanſis, Deo inhians, atque inhærens: vim ipſi quodammodo facere ſiue inferre nitebatur; vt in receſſu, intimæque mentis ſuæ fundo, amati amplexibus ſtringeretur, in his flueret à ſe, flueret in Deum. In his fieret vnum cum Deo, & Deus cum ipſo; per omnimodam voluntatis ſuæ, & omnium virium ſuarum liquefactionem, & annihilationem in Deum, eiuſque beneplacitam voluntatem. O qui poſſet hæc hominibus explicare! O qui ſaltem magis religioſos ad has delicias diuinas poſſet intimare! quidnam in eo corde loquatur Dominus, in quo, pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum; quidnam operetur in anima, quæ in Deum, & in quam Deus,

Quanto ardore ferebatur in Deum.

Deus transfuſus eſt, ineffabili ſuæ bonitatis fruitione. Verùm animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei; ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere. Hinc Paulus aſſerit, ſe Corinthijs non potuiſſe loqui, quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, de ſapientia illa, de qua inter perfectos, ſenſum Chriſti habentes, fiducialiter loquebatur, Proh dolor? quod in ea tempora inciderimus; in quibus (vt inquit Seraphicus Doctor S. Bonauentura) l. 1. de perfect. relig. c. 18. De ſpiritualibus delicijs, & guſtu internæ dulcedinis, quæ ſine comparatione omnes delitias mundi ſuperant; ſicut mel fimum; vix eſt mentio, vel efficax deſiderium, aut ſtudium; etiam inter illos, qui alti ſibi videntur in religione: imò deſpicitur, & deridetur inebriatio talis deſiderij, ſeu dulcedinis; & quaſi ſtultitia, & abominatio iam habetur: & ab alijs ob hoc perſecutionem patiuntur,

1. Cor. 2.

Dolendū tā paucos vitæ internæ ſtudioſos.

tur, & dæmoniaci reputantur, & hæretici dicuntur; quamuis ſpirituales ipſi ſint.

2. Tim. 3. Tota verò ſpiritualitas plurimorum, hoc tempore ſita eſt, in quærendo, & diſputando; qui vt inquit *1. Tim. 6.* Paulus, ſemper diſcunt, & nūquam ad ſcientiam veritatis perueniunt: & alibi languent circa quæſtiones, & pugnas verborum. Quærunt enim, quidnam ſit illa, de qua myſtici theologi loquuntur ſuper eminenti vnione; & in quo conſiſtat: an ſit aliquid præter habitualem, vel actualem charitatem; vtrum talis & tanta ſit hæc vnio, vt dici poſſit per illam Deum & hominem vnum fieri, hominem fieri Deum & Deum fieri hominē; ita quod quęlibet actiones, quæ in huiuſmodi homine fiunt, non ſint hominis, ſed ſolius Dei: imo quælibet paſſio, & omiſſio ſint ſolius Dei; & in illis omnibus homo ſe paſſiuè tantum habeat, & non actiue, reſpectu Dei: à quo immediate doceatur, illumi-

Spiritualitas multorum in verbis.

netur,

netur, & illi immediate ſubijciatur. Hæc & ſimilia multa quæruntur & diſputãtur: quæ certe nõ quęrerentur, ſi eiuſmodi curioſi mallẽt cũ Bernardo ſentire cõpũctionẽ, quã ſcire eius definitionẽ. Si ordinẽ à Propheta regio, in hoc negotio pręſcriptũ ſeruarẽt, dicente; Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus; ſi inquã prius guſtarẽt, vt ex rei ipſius guſtu, quidnã ſit dijudicarẽt: nemo enim nouit niſi qui accipit. Si vt acciperẽt, & guſtarẽt palatũ animę ab omni inordinatione, tã intellectus, quã volũtatis purgarẽt; nudãque vtrãmq; facultatẽ ab omni eo quod Deus nõ eſt habere curarẽt: quod ſi facerẽt, haud dubie breui experientur, vnionẽ prętatã aliquid importare, etiã pręter actualẽ charitatẽ; cũ per illã homo à ſe tã perfectè in Deũ trãſit, & à ſe ipſo recedit, vt Deo cedat: quod non ſolum dicere poſſit cum ſponſa: anima mea liquefacta eſt, vt dilectus meus locutus eſt, verum etiam cum Prophta e

Pſal. 33. Spiritualia guſtu magis & experientia percipiuntur quã ſubtili inquiſitione

Quid ſit ſupereminẽs vnio cum Deo.

Regio ſui ipſius neſcius effectus, & annihilatus: & ego ad nihilum redactus ſum; & neſcius. Experirentur inquam hanc vnionem tam excellentem eſſe; quod per eam meritò dici poſſit; Deum & hominem vnum fieri. Iuxta illud Pauli: qui adhæret Deo Spiritus vnus eſt: per eandemque, multo potiori iure, quam per ordinariam charitatis dilectionem, non tantum hominem effici Deum, iuxta illud pſalmi Ego dixi Dij eſtis: & Auguſtin. tract. 2. in 1. Epſtolam Ioan. ſi Deum amas Deus es. Hieron. in pſalm. 114. Hebræis 115. Quamdiu, inquit, homines ſumus mentimur; quãdo autem facti fuerimus Dij, deſinimus mentiri & infra: ſi quis igitur Sanctus eſt Deus effectus eſt, & quando factus fuerit Deus deſinit eſſe homo & iam non mentitur. & Clem. Alex. l. 4. Stromatum dicẽtis, qui ad impatibilitatẽ deductus homo; Deus efficitur; verum etiã Deum ipſum, aliquo modo eſſe ipſum hominem; vide-

Pſalm. 81.

Varij vnionis ſupereminentis effectus.

videlicet non veterem, ſed nouum illum qui ſecundum Deum creatus eſt in ſanctitate & iuſtitia veritatis, iuxta illud Pauli. Cum autem ſubiecta illi fuerint omnia, tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei, qui ſubiecit ſibi omnia; vt ſit Deus omnia in omnibus & ad Col. 3. Ibi (inquit) non eſt gentilis, & Iudæus: circunciſio & præputium; Barbarus, & Schyta; ſeruus & liber, ſed omnia, & in omnibus Chriſtus. Certum eſt enim ex Paulo: quod dum nouus homo in nobis producitur, Chriſtus ipſe in nobis formatur: & dum nouum hominem induimus; Chriſtum induimus. Experirentur inquam omnes actiones, & paſſiones in homine, ad huiuſmodi excellentem vnionem aſſumpto, non eſſe hominis; ſed ſolius Dei; in quantū Deus eſt ſolus principalis cauſa ſiue efficiens ſiue finalis omnium actionum & paſſionum quæ in eiuſmodi homine contingunt, iuxta illud Pauli, viuo ego iam non ego, viuit

1. Cor. 15.

Coloſſ. 3.

Quomodo à ſolo Deo ſint actiones ſupernaturales gratiæ.

Gal. 2.

verò in me Chriſtus: & illud Chri-
Act. 9. ſti: Saule Saule quid me perſeque-
ris. Imò in pleriſq́ue hominem me-
rè paſſiuè ſe habere ad Deum, dum
in hac vnione exiſtit: iuxta mul-
torum Doctorum ſententiam, do-
centium, hominem ſe habere merè
paſſiuè ad Deum; non ſolum in re-
ceptione donorum habitualium,
ſed etiam aliquorum actualium, vt
videri poteſt apud Commentato-
res. D. Thomæ in 1.2. in tractatu de
vltimo fine hominis, & de gratia.
Tandem hanc ipſam vnionem quã
myſtici vocant ſupereminentem à
ſolo Deo eſſe, iuxta illud Pſalm.
Pſal. 38. Quoniam Domini eſt aſſumptio
noſtra & ſancti Iſrael Regis noſtri.
De qua vnione loquens Richar-
dus; de quatuor gradibus violen-
tæ charitatis, citatus à D. Bona-
uentura. lib. de ſeptem itineribus
æternitatis. Sicut, inquit, primus
gradus affectum ſauciat, ſic ſecun-
dus ſauciatum ligat, ſic tertius a-
ctionem implicat; vt animus cir-

Supereminens vnio à ſolo Deo eſt ſecundum Doctores myſticos.

ca a-

ca aliqua occupari non poſſit; niſi quo eum voluntatis diuinæ nutus trahit, vel impellit; & ſic, qui ad hunc gradum amoris profecerunt; nihil iam propria voluntate agunt: nihil omninò ſuo arbitrio relinquunt: ſed diuinæ diſpenſationi omnia committunt.

Verùm quo me rapuerunt extra propoſitam mihi narrationem Hiſtoricam, amplexus ſponſi? quos anima beata fratris noſtri Archangeli, toties etiam in hac vita labili, experta eſt; ne à ſponſo ſuo dilaberetur? proſequamur igitur ceptam narrationem.

QVEM

QVEM MODVM SERVA-*bat in ſtudijs, & quam varijs mortificationibus fuerit exercitatus.*

CAPVT XX.

Nunquam ſtudij cauſa neglexit orationem

NVnquam ita lectioni, vel ſtudio ſcholaſticæ Theologiæ, ſeu Philoſophiæ incumbebat, vt orationis tempus, ſanctæque communitatis exercitia intermitteret; abſit vt negligeret. Ita enim proximi vtilitati, ſuo tempore vacandũ, ac lucro animarum, ſtudij curſu cõſummato nouerat inhiãdum; quod ſe neglecto, detrimentum animæ ſuæ non pateretur. Demum ſiue lectioni ſacræ, ſiue ſtudijs, aut alicui operi fructuoſo incumberet; ante ſemper præmittere orationem; rectam autem, & ſimplicem, & Deiformem intẽtionem, ad amabilem ſuum Ieſum dirigere, opem, manumq; adiutricem Dei matris Ma-

Perfecta eius intentio.

riæ & patroni ſui S.Franciſci, vbiquè,& in omnibus implorare nitebatur. Quæ omnia memorata exercitia, ſanctaſque conſuetudines, etiam factus Sacerdos minimè neglexit, quinetiam ad regimen aliorum præter voluntatem euectus, (vt ſuo dicemus loco) plura adiecit multò virtutum, bonorumque operum incrementa, Dei timorem pariter & amorem infixum menti gerens. Hinc multoties de die ac nocte, terræ hærebat affixus; præſertim cùm templum ingredi egredique opus eſſet, flexis genibus ei deuotè oſcula adprimendo. Sic regnantem in cœlis, qui vſque ad terram pro nobis ſe humiliauerat, adorare, eique ſubmiſſo admodum animo, vt erat edoctus cultum laudabilem exhibere, ſui incitatione alios vtcunque docebat.

Exercitia ſpiritualia nec ſuperior factus omiſit.

Sacram ſynaxim, præmiſſa confeſſione Sacramētali, minutiſſimis inquiſitorum defectuum ſordibus in ea deterſis; tāto ardore, & cordis com-

Quanta deuotione communicabat & ſacro miniſtrabat.

compunctione, corporiſq́ue humilitate frequentabat; vt cæteri, deuotione eius excitati, incaleſcerent, atque animati nouo impetu ad optatam metam contenderent. Iuuenis cultu adeò feruenti, ac tanta cum reuerentia ſolitus erat ſacrificanti, miniſtrare (cui etiam virgineus decor, qui caſto lucebat in ore, augmentum deuotionis ſpectantibus non modicum præbebat) vt foris extra cancellos, aſtantes Miſſæ myſterio, æquè mouerentur miniſtri deuoto ſeruitio, ac offerentis magnifico officio. Tali equidem feruenti, frequentiq́ue famulatu, S. Bonauentura, copioſum gratiarum theſaurum ſe impetraſſe à Deo fatetur. Si fratris huius ſingulas animi dotes, virtutumq́; prærogatiuas proſequi conaremur, opus narratiunculæ modum excederet.

Enimuerò mi dilecte frater Archangele, quas tibi congratulationes, quas laudes (cú laudata creſcat virtus)

tus)qualia pro his omnib. prçconia, & blãdimenta, quot applauſus tibi dedere, tũ ſuperiores, tũ fratres? An hæc meritis tuis reſponderunt! Attendite obſecro, & quã felici ſucceſſu res tota geſta ſit explicabo; felici inquam non ſi Carnalẽ ſenſum attendas, ſed ſpiritũ per ardua tendentem in Deum, & concupiſcentẽ aduerſus carnẽ vt inquit Apoſtolus.

Variæ eius mortificationes.

Admodum ſunt bona, & laude digna, quæ tu frater Archangele operatus es; ſiue priuatim, ſiue publicè; neceſſe eſt modo vt probentur coram omnibus, verè eſſe talia; non vero adulterina, aut fucata. Sed qua ratione? Si vtique pro laude, & applauſu meritis tuis debito miniſtrẽtur tibi ſcommata, probra, ſubſannationes, obiurgationes, reprehẽſiones, verba aſpera, cor ad intimũ vſq; pũgẽtia, Cõdignane eſt hçc merces? nequaquã nimis exigua eſt, pergamus vlteri⁹ videam⁹, quot diſciplinas, tibi ipſi infligere catenulis ferreis; quot cruces lingua ſuper

pau-

pauimento protrahere iuſſus fueris; quoties frænum ligneum ori tuo impoſitum: & quam ob culpam quæſo? forte garrulus eras? nequaquam; ſed ne tibi de tuo ſilentio præ cæteris melius obſeruato, vana ſubrepat gloriola!. Sed quid ſibi vult pars panni ſordidi ante oculos veli inſtar capiti tuo circumligata? talem merentur, qui lubricos non claudunt ſed malè cuſtodiunt oculos. Tu tamen licet pudicos eos habeas (non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum ſuum Chriſtum) ſimiliter in ijs es vexandus. Eſto paratus; in publicum enim eiuſmodi cum habitu mitteris: quaſi mortis reus, patibulumque demeritus; corda qua cingeris laquei fungetur munere, collo appenſa tuo, vt alta voce, pro te peccatore, mundique amatoribus, præuaricatorum iniquorumque gerens perſonam, miſericordiam à Dei clementia implores.

Sed ne ſufficiat diei malitia ſua. Quid

Quid tibi fiat altera videamus, tibi ſtandum erit in vno pede, atque ita coram poſiti in terra panis, buccellas ſingulas aqueo iuſculo intinctas incuruato dorſo ſumendum; & dicendum cum Propheta. Incuruatus ſum vſq; in finem &c. vel edendum tibi erit, in locis ſecretis maleq́ue olentibus; velut indigno intereſſe conſortio cæterorum. Aut de nocte in nive ſtabis, dorſoq́ue nudato diſciplinam accipies, vt vel ſic aſellus corporeus aſſueſcat aſperis & duris: qui etiam ſanus, niſi vſque vapulet ſub onere torpet.

Exercetur variè à ſuperioribus

Nunc improuiſus adſtat tibi ſuperior, ſiue frater ſenior; qui verbis velut iniurioſis, te aggrediatur; conuitia quaſi irato animo in te intorqueat; inutilem religioni proclamet; coram omnibus te confundat, fictè, & ſimulatè cuncta à te perfici veriſimiliter inſinuet. Si ieiunare poſtules, iuberis omnia deuorare vt helluo & comedo voci-

citari poſſis. Si ſolemniori aliquo die ſaturari aut refici intendis: quam mox guſtato cibo mantile plicandum eſt? Quando tædio natura opprimitur, extemplò ridère, ac hilarem eſſe oportet, ad nutum, & iuſſionem, animo placido forſitan es? ecce repentinus turbo irruens te agitat, corpore gaudes ſano? anguſtiæ, tribulationes aliundè & vndiquè.

Vt verùm fatear video Spiritum ſanctum, & ora, & actiones, tam magiſtri, quàm ſuperiorum, in hac exercitationum functione, nedum dirigere; ſed quoque impellere, vt nihil deſit, quo minus milites Chriſti variè exercitati, & exagitati addiſcant, atque ex animo Propheticum illud pſallere
Pſal. 65. poſſint: Poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro, impoſuiſti homines ſuper capita noſtra.

Neque hic opus eſt expenſis, quas Diogenes procaci proteruæque olim fœminæ impendebat,

quæ

quæ maledictis pectus, cerebrumque philoſophicum exagitaret, eo fine, vt pacato tandem animo, patientiæ bono, mediante eiuſmodi excercitatione potiretur: gratis propter Deum, & Chriſti amorem abundè ſatis, talia apud Capuccinos, iunioribus miniſtrantur; vt ex his quæ patiuntur, diſcant obedientiam exemplo Chriſti. Ait enim Climachus. Si vis virtutis apicem conſcendere: Ducem, ac Magiſtrum quære, cuius natura aſperior, & grauior, ſub quo perſeuerans, iugiter obiurgationes, & irriſiones, quotidiè vt mel & lac bibe. Is qui ad placidiſſimam animi quietem, & ad Deum currit, omni die quo maledicta non ſuſtinet, ingens detrimentum ſe ſuſtinuiſſe arbitratur. Sicut enim arbores, quæ à ventis agitantur, altioribus ſemper radicibus nituntur; ita & qui in obedientia degũt, eaque variè exercentur, validas, & *Notanda Climachi ſententia.*

incon-

inconcuſſas animas poſſident. Videntur hæc fortè minutula inexperto, abſurda & ridicula mundano. Veruntamen ſicut qui amara aliqua potione ſanitatem conſecutus eſt, non iudicat propterea illam ſpernendam quod confecta ſit, ex herbis vilibus, & ſpontè naſcentibus: ita de memoratis cogitandum preſſuris. Tyrũculus accedens primo officinam ſui iuſtitutoris, miratur inſtrumenta vniuerſa, quid ſibi velint, quid præſtent ignarus, donec ijs vti paulatim addiſcat, Mirabar etiam ego in conuerſionis meæ initio, & ſtupebam ad exercitationes eiuſmodi: nec me cohibui, quin laxata, ſed haud nimis volubili lingua, proruerem coram Magiſtro meo in hæc verba. Ad hoc veni, ſperans ſummam hic pacẽ; mundanis laſſatus tumultibus, ac contentionibus: ſed, mirum, hic ſemper clamatur: Superior tam iudicis, quàm actoris perſonam gerens.

Reo

Reo non datur excuſationi locus, nec innocenti, ſiue benè, ſiue malè quæque peragantur, culpantur omnia, promptitudo æquè ac mora caſtigatur: dum corpuſculum foret reficiendum, nihil hic præter conuitia, diſciplinæ, pœnitentiæque innumerabiles; malim ego impranſus ire cubitum, quàm prodire ad Capuccinorum capitulum. Vna ergò mihi præſtetur gratia, vt quicquid illud ſit, quod apponetur, liceat comedere in mea cellula, vti per octiduum, nōdum veſtito hoc habitu, conceſſum fuit. Optima quidem, vt videbatur propoſitio; ſed quæ ſequuta ſit concluſio, Deus ſcit & ego. Cui gratias infinitas. Quis enim animatus verbis Ioannis Climaci recuſet exerceri dicentis in hunc modum.

Fœlix qui ſe omni ignominia, omnique abiectione dignum horis ſingulis exiſtimat; & qui hic probris, conuitijſq; ſaturatus ſubticet: ibi namque tripudiabit, & eum

Quam vil. In exercitatio diſciplinæ religioſæ.

cum Angelis parem fiduciam habebit. Vide clementiam Dei; peccatores in religione non ſolum purgat; ſed prĕterea diuites in operibus bonis facit, taliquè, vt audiſtis methodo, coronas eorum auget. Quo enim labor eſt maior, gloria maior erit. Atque ita quidem faciunt fructus dignos pœnitentiæ, vt tanto maiora acquirãt bonorũ operũ lucra per pœnitentiã; quãto grauiora ſibi intulerunt damna per culpam; vt egregiè S. Gregor. Quod præuidens olim in Spiritu propheta ſpallebat: Lĕtati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti annis quibus vidimus mala. & iterum: Quantas oſtendiſti mihi tribulationes, multas, & malas, & conuerſus viuificaſti me. Si nocentibus hoc præſtat vexatio, quid innocentibus præſtabit? O generoſe Archangele quantum emolumenti ex tot vexationibus percepiſti? plurima indulgentia, ingens præmium, ſpontaneæ, proprioquc arbitrio aſſumptæ, de-

betur

betur pœnitentiæ, ſed longè excellentius eiuſmodi cruciationi, quæ ab alijs inflicta, patienti animo tolleratur.

Legimus in vitis Patrum, iuuenem Monachum natione Grçcũ, lingua nimium labili, frçquenter cordis ſui impatientiam, coram ſuis manifeſtantem. Quem Abbas ſeniorum arbitrio commiſit emendandum, qui lapſum in ſolitã hanc ſuá fragilitatem, hinc inde propellentes, interdum etiam impranſum, & incçnatum pellebant ad lectum, mortuus, paulo poſt iunior ſuo apparuit Abbati, immunemq́; à purgatorij pœnis, fatebatur ſe breui hac diuexatione cœlo donatũ, prçmijſq́uç immenſis adauctum.

Merito igitur tibi frater Archãgele has qualeſcunq́ue laudes perſoluimus, qui vt agnellus ſimplex, & patiens hilari tua alacritate, in perferendis his, cæterisq́; aduerſis, patientiæ, humilitatisq́; tuæ, ac plurimarũ virtutũ faſtigia imitãda, nos

miſeros peccatores operando magis quàm docendo excitaueris. Nunquam enim viſus es, pœnitentia peracta recedere, quin humili gratoque animo, genibus flexis benediceres Deo, & exercitatori tuo, vt ſingulari benefactori, maximè, quod tecum, vtpote tali gratia indigno, dignatus eſſet occupari. Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc, vt intelligat miſericordias Domini, & vias eius abſconditas? Sapientibus huius ſæculi parũ hæc ſapiunt; falſo grandibus, ſtultitiæ apparent; attamen Euangelicis paruulis miniſtratur. Ex his manna abſconditum; quo percepto, atque in cordis palato, bene guſtato pacificantur, pacificati pertingunt tandem, ad digniſſimam filiorum & amicorum Dei ſortem; qua ſemel obtẽta, quid ipſis ad culmen perfectionis aſſequendum, à ſumma Dei bonitate denegari poterit? quid intimis ſecretiſque amicis occultari? talibus talia enim loquitur. Iam non di-

Quam libenter pœnitentias iniunctas exequebatur.

Ioan. 15.

cam

cam vos ſeruos, ſed amicos. Omnia enim, quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Ad hanc itaque eminentiſſimam dignitatem, Deíque prædulcem amicitiam, ipſo fauente, noſtrum Archangelum ſingulariter perueniſſe, ſuo circa finem loco oſtendemus. Pergamus modo ad reliquum vitæ illius diſcurſum. Quem etſi abſolutum reddere conemur, nihiĺque pœnitus in eo; quod alicuius ſit momẽti, ſi fieri poſſet omittere: tamen id præſtare nequaquam valemus, præſertim, cum aliquoties locum habitationis, à ſuperioribus hinc inde, nunc in Brabantiam; nunc Flandriam; tum etiam VValoniam, miſſus mutauerit. Notum eſt enim pleriſque, nos militũ more ſtationes noſtras certis de cauſis mutare; ſingulos autem ſingulorum Conuentuum Fratres, inter quos conuerſatus eſt, conuenire conceſſum nobis non fuit. Boni proinde conſulat; Lector, ſi aliqua omittantur, quæ etenim ipſe

non vidi, vel ex ore viridico fratrùm, in mutuo colloquio non audiui, hic inſerenda non putaui; parcos interim pleroſque noſtrum eſſe aduerti, in reuelandis fratrum dotibus, vixq́; eas inter ſe æſtimare. Sic fortè circumuenitur, & eliminatur propria, & innata vniuſcuiuſque complacentia, ne pruritu vanitatis titilletur.

AMONETVR A CONVENTV Brugenſi, eo quod inſidiæ à Scotis ei pararentur.

Quo ſucceſſu Gordonici fratres Auunculi F. Archangeli pro fide pugnarunt.

Capvt XXI.

Recenſuimus vnam ſuperius cauſam, quare à ſuperiore ſuo maiore Reuerendo tunc nimirũ P. Hyppolito bene de noſtra cõgregatione merito, deductus veniret per media viæ pericula F. Archan-

Archangelus ex ciuitate Brugenſi ſæuiente tẽpeſtate Belgica ad locũ habitationis noſtrę: modò nõ otioſè referemus etiam occaſionem alterã, quæ viã nobis ſternet ad proſequendam narrationis noſtræ ſeriem. In celebri hac ciuitate Brugenſi eſt Capuccinus conuentus, licet ſitu ſatis inſalubri, ſolitudini tamen & ſilentio aptiſſimus, in quo iunior hic frater à ſuis fuerat ſuperioribus conſtitutus, vt quietiſſimo hoc in loco pijs vacaret exercitijs & orationi, veris huius fratris delitijs priuſquam ſacrarum litterarum ſtudio verbi diuini præconibus neceſſariò incumberet. Dum mediũ ibi putat omnia tenere ſilẽtiũ, ecce turbatio. Indicatur Guardiano à ciuibus, ſtatis horis aliquos circa conuentũ oberrare Scotos, & quidem non meticuloſos aut pauidos, à quibus non valdè timẽdum, ſed audaces & interritos: omnia circũluſtrare, & domũ Capuccinorũ & vultus fratrũ iuniorum ipſis inſcijs

obſeruant Scoti conuẽtum vt eum rapiant.

 (neque

tentaſſe raptum fratris Archangeli. Porta certa ciuitatis Antuerpienſis vicina eſt Monaſterio Capuccinorum, quæ reſpicit ditionem ſeu partes Hollandicas, qua de cauſa faciliorẽ præbebat anſam illorum machinationi, quàm in alijs duobus oppidis.

Verum quoque eſſe fatemur, aliquot Scotos verè Catholicos tam in his partibus, quam Scotia tum commorantes muſſitaſſe, ac cõqueſtos fuiſſe coram Prælatis Principibuſq; Catholicis, ob ingreſſum fratris Archangeli in ordinem Capuccinorum, allegantes plures rationes pro fidei & patriæ defenſione, quibus conſideratis cenſebant æquum fore, vt ſuaderetur arma capere, vti ad hæc Pater Angelus Capuccinus alias Dux de Ioreuſe, propter imminens euidenſque tunc fidei patriæque periculum, aſſumenda ſuaſus iuſſuſq; fuerat. Verùm miſericors Deus benigniori oculo intuitus hunc iunior ẽ ætate ſuũ Archangelum,

Suadent aliqui ordinis dimiſsionem obtentu defenſionis fidei.

gelum, non permiſit rei euentum, vtpote qui armis inexercitatus, feruenti prece& lacrymis efficacius præſtaret,quod armis & pugnando non poterat. Macte animo, F. Archangele, ſta in propoſito &teſtaméto tuo,atque in conſilijs tuis veteraſſe.

Ne tamen cuiquã bonũ Reipublicæ videretur neglectũ ſubtracto hoc nobili iuuene ab inſtante belli periculo, videamus quid alijs mediantibus operatus ſit Deus. Dũ enim hic iuuenis in ordine religioſo orat & vacat exercitijs ſanctis, excitat fidelis Dominus cor vireſq; validi auũculi ſui, qui pro fide Catholica in Scotia tuẽda & amplificãda, nec virib. nec vitæ propriȩ pepercit, cum parua Catholicorũ ope & manu in perſequẽdis profligandis de terra ſua hȩreticis proteſtãtibus, vt alter Machabȩus Iudas, qui nõ in numero militũ ſuorũ ſed auxilio diuino & feruoris ſui zelo ſingulari aggreſſus tã ciuiũ quã militũ furentes turbas armis potentiaq; fidenter fugauit,

Auunculus F. Archang. pro fide certat

uit, diſperſit nõ vna ſed itineratis vicibus prorſus, vt in poſtremo ſuo cũ hęreticis cõflictu milite pauco & numero longe minori quã hoſtis eſſet munitus, aggreſſus ſit nihilominus robur partis aduerſæ tanto magnanimitatis impetu, vi profligauerit copias hoſtiũ numero potentiores, cæſis hinc inde pluribus alijs autẽ victori cedẽtibus turmis, quousq́ue in ſummo cõflictu equus bellicoſi huius principis repente morbo inſolito correptus; ſtare fuerit coact⁹, velut vi motiua prorſus deſtitutus, ac proinde nec pugnare valens nec loco moueri, erat enim equus veneficio à quadam mulier-cula ancilla domeſtica cuiusdam propinquæ huius bellatoris, tali velut paralyſi ſubito irretitus, quam equi immobilitatem cum nonnulli ex remotioribus hoſtibus aduerterent, ſocia agmina fugam iam ineuntia reuocarunt, congregatiq́ue ſimul reſumptis animis mutuo ſe ſunt adhortati ad renouandum

Arte diabolica incantatur equus Auunculi.

oportunè cruentum certamen, videntes caput aduerſum ducemque Catholicæ cohortis equi ſui faſcinatione in manus ſibi traditũ, quippe qui nec poſſet ſuos præeundo ad ordinem pugnæ componere, nec ſe contra impetum inſurgentium defendere, Turbati verò ſocij milites Catholici ex rei inſperato euentu in equo ſui Principis, ac ſine ordine ſtãtes ab aduerſarijs obruti, pro iuſta cauſa multi animas poſuerunt, Duxq́ue eorum ab hoſtibus capt⁹, ſine vllo humanitatis ſenſu in ipſum furentibus præciſis auribus, naſo, oculorũ palpebris, & cęteris corporis extremitatibus, ſemiuiuus in prælij haud infelicis campo, ſi lucrum animarum à Deo factum ſpectes, relinquitur: qui antequam expiraret, ſemitruncata manu cum ingenti dolore clauem deauratam è ſinu ſuo extrahens, appropinquãti cuidã ſibi noto tradidit his verbis, cum quibus vix articulate formatis efflauit animam. Ecce clauis ſacelli

Crudeliter occiditur.

ora-

oratorijq́ue, magni mei ſolatij, trade illam chariſſimo meo germano, proprio eum deſignans, ſalutansq́ue nomine, vt eo ſacro in loco opem imploret à Domino & generoſæ etiam ſe accingat morti, pro veritate. Hæc dicẽs animam pro cauſa Chriſti emiſit, truncata in corpore ſuo deſpiciens membra, meliora ſperãs. Erat hic iuſti belli Dux Marchio in Huntley, vnus ex fratribus pro fidei defenſione occiſis, ſupra memoratis fratri Archangeli auunculis, quibus cum reliqua nobilitate Catholica valide pugnantibus, eorum hic nepos orabat feruenter, lacyrmis ac afflictione ſui volũtaria, ſecut⁹, vocationẽ ſuã à Deo in ordine primam hic ſpiritu illi membris certent: hic in ſilentio & mentis quiete illi in motu, clangore & ſtrepitu bellico. Non itaque bonum commune Reipublicæ Fr. Archangeli abſentia à bello neglectum fuiſſe cenſere debemus, ſed efficaciori medio procuratum, nec conqueri

merito quiſquam poteſt quaſi per aſſumptionem eiuſdem in Ordinē cauſa fidei deſtituta fuerit propugnatoribus: de propugnatoribus enim fidei ſatis ſuperque Dei nutu prouiſum eſt pro ratione temporis, in quo Deus iuſtitiæ ſuæ oſtenſionem facere decreuit in gēte Scotica & finitimis. Sed inquies quomodo prouiſum, quandoquidem Catholici ferè omnes occubuére in Scotia, dum aduerſo marte certarūt ſtrenui illi fratres Gordonici: Verùm nō ſemper ex deuictis corporaliter hoſtibus iudicandum de felicitate certaminis Catholicorum, quaſi nouum & inſolitū eſſet: Chriſtianos occumbendo cœleſtem ſæpius reportaſſe victoriam, regnumque cęlorum huiuſmodi violentia rapuiſſe, imò hoſtes ipſos tandem ſubegiſſe, experientia enim cōſtat, quod effuſus eiuſmodi ſanguis germinet decuplo, plures bellatores ſtrenuos nobileſque proceres, qui noua fauſtaq; certamina inſtaurát.

Sic

Sic olim Iuda Machabæo cadente, quem etſi humano ſolum intuitu plangebant Iſraelitę, conſtat tamẽ, eius mortem ipſa vita multo pretioſiorem fuiſſe, & plures alios ad moriendum fortiter procuraſſe, ita quod fuſus cruor plurimis ducibus Iſrael ſucceſſiuis non terrorem iniecerit, ſed animum auxerit.

DE CONVERSIONE CVIVSdam nobilis Scoti ad fidem, eius opera, & de eius promotione ad Prælaturam.

CAPVT XXII.

NOlo autem lectorem latere euentum nõ vulgarẽ, ſed mirabilem, quem P. Frater Henricus Aldenradenſis, Capuccinorum Guardianus Antuerpię, currente hoc calamo, prælectorque ibidem Theologiæ verum eſſe affirmauit, me præſente, & plurimis ex ſuis ſubditis. Quadam die dum cohabitaret hic Pater Fratri Archangelo,

ſimul-

ſimulque morarentur Inſulis vbi tunc temporis iuniores fratres incumbebant ſtudijs, ſub prælectore fratribus ibidem deputato celeriter, profecti aduenerunt, ipſo nihil minus expectante è Scotia iuuenes duo, quorum vnus ex Comitibus, alter ex Baronibus nobilioribus gentis ſuæ, præclàrum ſtemma præ ſe ferebat; vterq; cognatus F. Archangeli, Comes tamen illi ſanguine propinquior; ambo venêre viſendi cauſa F. Archangelum, cuius immẽſo flagrabant deſiderio, quemq; in Belgium fugiſſe certò iam perceperant, obtẽto ſaluo cõductu, vndiq; quæſitum Inſulis tandem aſſecuti ſunt. Quibus ad Capuccinorum habitationẽ pulſantibus, aperuit portam modo dictus frater Henricus nondum Sacerdos: & inquirentibus, an aliquis aduena Scotus, inter fratres adeſſet, adduxit eum illis, cuius vultum & affatũ poſtulabãt. Intuitus autem eſt Frater Archangelus iuuenem hunc Comitem, qui

etiam,

etiam vt aſpexit Fratrem Archangelum cecidit retrorſum præ ſtupore, impetuq́ue magno reſupinus, mirabiliter toto corpore & anima commotus. Quod vt vidit Frater Archangelus, erecto ſuo cognato, confeſtim dixit: Cuius es cultus & religionis? reſpondit iuuenis, Proteſtantium. Cui frater Archangelus: abominabilis es nobis, nec enim coutuntur Iudæi Samaritanis, volens eum acriori ſtimulo vrgere. Qui tali, tamq́ue aſpero verbo mirificè permotus, & ab eo paulatim vberius & amice in fide Catholica inſtructus Catholicorum ſacris initiatus eſt & ſub conditione baptizatus, adhibitis ſolemnibus Cęremonijs, Eccleſiæq́ue fuit reconciliatus. Quis hic non miretur? Quis arcanum Dei conſilium ſcrutetur? Iuuenes ambo per longum iter ſimul cucurrerunt, ambo ad oſtium Capuccinorum coram fratre Archangelo ſteterunt: vnus aſſumptus eſt, alter verò relictus, Aeternum veri-

tatis

tatis verbum ſic olim locutum eſt: propitius ſit alteri Deus, vt horrenda relictio in eo non adimpleatur.

Affirmabat inſuper P. Henricus F. Archangelū in morbo & ſingulis aduerſitatibus patientia fuiſſe inuincibili, ſereno ſemper vultu; prę-terea nō modicè ipſum floruiſſe iugis meditationis ſanctæ & contemplationis iubilo, quę ingentia ſpiritus dona nullo modo neq; calamo, neq; ore exprimere homini fas eſt, ſed magis venerando ſilentio præterire, nemo enim iſta nouit, niſi qui accipit. Audite ſecretum illuminati auctoris de Dei cum anima ritè diſpoſita cōſuetudine; frequēs illi viſitatio cum homine interno dulcis ſermocinatio, pax multa, familiaritas ſtupenda nimis.

Qualē ſe in prælatura exhibuit. Cum oportuno tempore F. Archangelus à Superiore ſuo maiore cō-ſtitutus eſſet Guardianus Capuccinorū Bruxellis, incredibile eſt quā-ta animi verecundia & humilitate

onus

onus illud recusârit. Opus enim illud erat planè indoli ſuæ & innato iam ſibi pudori, quo latere vt cognitus ſemper optabat contrarium; multa proferebat obſtacula in medium quibus excuſare ſe nitebatur, vtpote iuuenilem ætatẽ, experientiã requiſitã ſibi deeſſe, & eius generis plurima; ſed fruſtra Dei ordinationi reſiſtere non potuit, ſaltem id ſequentibus annis impetrauit: vt humiliori ac ſecretiori loco, quã in aula Bruxellenſi poſſet collocari, ſi denuo præficiendus eſſet. Qua ratione locus habitationis datus ei fuit, Teneramundæ quo in oppido Cõuentus Capuccinorũ ædificatus eſt ex eleemoſynis militum Hiſpanorũ in parte cõuenientiſſima, hortoq; vallatus amœno, limpidoque amne bis interdiu fluente ac refluẽte, arboribus oleribuſq; varijs cibo competentibus vtcunque inſtructus, locus omninò quieti, ſilentio ac meditationi aptus, quibus ſummoperè gaudebat F. Archangelus:

lus: hic deinde riuulus alius tranſfluens, per medium tam gratæ ſituationis (cuius ſuper riuuli ponte ſtatuta à Deo expirabit idem hic frater die) ſeparat hortum ab horto, qui hortus poſterior præſtita à ſereniſſimo Archiduce Alberto, dum vices potentiſſimi Regis Hiſpaniarum adhuc ageret, liberali promptæ pecuniæ eleemoſina ceſſit in vſum fratrum. Iudicabat enim hortum domui cõtiguum neceſſitati fratrum non ſatis eſſe amplum, dum nuper luſtraret inchoatum hoc Teneramundæ monaſterium ac perſonali ſua præſentia dignaretur fratres inuiſere & cõdecorare, amica ſane Principis humanitate von vulgari.

Mutuo ſecretoque colloquio inter alia ſerio narrauit nobis V. P. frater Clemens Flander modernus (dum hæc ſcribuntur) Guardianus Capuccinorum Bruxellis prouinciæq́; huius cuſtos, qui Anno 1600. cum propter acceptam ab exercitu hære-

hæreticorum cladem omnia ferè mutarent in Flandriæ parte Occidentali, ſtrenuam omnino præſtitit operam in confirmandis Brugenſium animis, territis ob victoriã ab hæreticis obtentatam, fuſasque Catholicorum quaſi præ oculis copias. Hic inquam Pater mihi retulit, ſe ſummis precibus perſuaſiſſe aliquando fratri Archangelo, cui poſt ſolemnia emiſſa vota erat intimus, ſimulque poſtmodum cum eo definitor ordinis, vt amicas rationibus tamen pregnantes, vellet data occaſionẽ ſcribere litteras ad Sereniſſ. Regem tunc Scotiæ Iacobũ, cui etiam ſanguine iunctus erat, & cui non ſemel adfuerat, cum ætate iunior eſſet, tam in aula Regia quam venatione campeſtri, & alias. Quod tandem F. Clemẽs à fratrè Archangelo obtinuit, conſcriptæque lingua materna epiſtolę, de ratione fidei Catholicæ, ad ſalutem neceſſarię deſtinatæ fuerunt ad Regem, quibus Maieſtatem ſuam conatus fuit amicè

Scribit ad Regem Scotiæ inuitatque eum ad fidem.

amicè ad hanc amplexandam inducere vanitatemq́ue Proteſtantium &Puritanorũ putorẽ eidẽ oſtẽdere.

Rex autem non reſpondit occupatus ſceptro Anglicano, cuius ſucceſſio ad eum deuoluta fuerat per mortem Elizabethæ, inuitatus ad cænam magnam electorum noluit venire. Ex conſueta interim ſua humilitate frater Archangelus rogauit ſuum P. Clementem, vt nemini indicaret ſe Regi ſcripſiſſe, veritus, ne hac ratione prẹberet nobilitatis ſuẹ indicium, quam, vt poterat, lubentiſſimè celabat.

Cogitat de matre in Belgium vocanda.

Porro ſicut mirabilem frater Archangelus internum iuſtum ſentiebat in tali ſui ipſius vili penſione, nullius æſtimationis reputatione, in altiſſima ſua paupertate, in lõgo exilio, in ſolatij carentia cognationisq́; abſentia, verbum enim Chriſti fallere non poteſt, qui centuplũ promiſit taliter affectis, non ſolum in futura, verum etiam in præſenti vita, vnde ex mera effuſaque dilectione

ctione optabat indies ſpiritualis vitæ delitijs participem reddere afflictam animam ſuæ matris pluribus medijs, ad hoc conſequendum tentatis, per quæ ſingula Deus ſapientiſſimus aptè diſponit de ſalute electorum, memor qualiter primogenitus ſuus frater nuper, vt ad fidẽ veniret, in hac reglione exul laboraſſet, maximè Capuccinus iam factus, litteris ſecretioribus & inter nuntijs omnimodam ad Deum cõuerſionẽ, imò verò auerſionẽ à quarumcunq; creaturarũ vano ſolatio ſuaſiſſet ſibi tanquã ſenior iuniori ſuo germano, laudabili mediãte fuga tẽpeſtiuè maturandã, vt animoſè hoc modo per aſperã prius deinde per viam planam ſecure deduci poſſet ad ſtabilem iucundamque ſummè delitioſi principij ſui adhæſionem. memor inſuper, quã fideli matris ſuæ ſollicitudine, nuper liberatus fuiſſet, protegẽte Deo, à laqueis iniquis, à verbis mẽdacij, à lingua iniuſta & cõinquinata, à labijs

ope-

operantium mendacium, de manibus quærentium animam ſuam, & à verbo futuri iudicij aſpero; laudauit vſque ad mortem anima ſua Dominum, ſtimulatusque ad virtutem gratitudinis, cogitauit matri vicem rependere, ſeniorisque ſui fratris exemplum imitari, quem verè patrem in Spiritu ac ſpirituali profectu expertus erat; vt ſimiliter exquiſiti aliquid ſpiritualis ſeruitij impenderet charæ ſuæ genitrici mœſtiſſimæ, deſolatæ in terra ſua matronæ; quamobrem litteris eam ſuauibus cœpit conſolari, magis ac magis ad virtutis perfectionem adipiſcendã adhortari; ad quam vtique rebus aduerſis mirum in modũ agitata proſequendam, optimè iam erat præparata, hac quidem de cauſa ſuaſit tandem dilectæ ſuæ matri; vt vtrumque filium, in deſerenda patria, & propinquis, non dubitaret imitari. Sed quomodo hoc tentabitur, in tanta propinquorum magnatum, ſiniſtrè omnia ſuſpicantium,

Matrem è Scotia euocat.

cantium,

cantium, ac multorum familiarium vigilantia? Aderit procul dubio deuoto huius fœminæ voto Chriſtus Dominus, nec preces religioſi ſui filij patietur inanes. Ecce contra Deum non eſt robur, neque aſtutia valida: expectando ſpectemus aduentum proſperum huius matronæ: optata dies aderit breui, quo cum vnica fideli ſua pediſſequa, monilibus paucis ac margaritis ſecum ſumptis ventura ſit. Rumorem audio, nauem appuliſſe non ſine caſu aduerſo, nobilem vehentem, Dominam, exulem ſpontaneā; cum bona venia Principum nō dubitet, nec vereatur optima matrona ingredi famoſam felici omine regionem Belgiæ belligeræ armis opibuſque potentem, florentiſſimiſque regnis haud imparem, in qua filius eius vnicus ingenti deſiderio vultum gratiſſimum præſtolatur.

ADVENTVS MATRIS FRAtris Archangeli in Belgium.

CAPVT XXIII.

Venit ad pauperem filium, ſed virtutib. diuitem.

IAmque grata dies adeſt, quâ filius matrem Inſulis primò præſentibus fratribus excepit, non opibus, non epulis, non faſtu, ſed in Spiritus ſancti exultatione cum gaudio immenſo. Si quis vtrumque in mutuos charos amplexus ruere, longo tempore ſibi hærere vidiſſet ſine voce, ſine affatu præ exuberante lætitia, iucundum ſanè ſpectaculum fuiſſet intuitus, tandem vbi affatim de ſingulis locuti, finem dicendi fecêre, placuit fratribus gratulari nobilis heroinæ aduentui, & recipere eam cum honore, iuuare exulem Chriſti, vti dignum erat, extraneam fouere conſilio ac confortatione, effuſaque charitate ſolari.

Quomodo ab ipſo & Fratribus excepta.

lari. Quàm lætè dies hæc tranſijt, qualem conſolationem ſenſit mater aſpiciens filium extra periculum in tuto, pro quo tot gemitus, tot ſuſpiria ad Deum, dulciſſimamque eius matrem emiſerat, videns eum nunc ex proteſtante inſectantem fallacias ſectarum, teſtemque factum veritatis, ex idiota litteris inſtructum abſque expenſis paternis, pro dominio terreno, inſignitum regali ſacerdotio; fieri non potuit, quin oblita omnis mœroris, iubilauerit in laude Creatoris.

Attamen priuſquam conueniret filium ſuum, ingreſſa primò hanc regionem, mater F. Archangeli deuotione tota flagrans; greſſum direxit, ad ſacras ædes, ſeu baſilicam primam ſibi obuiam; in qua flexis genibus, venerabile Sacramentum, effuſo præ gaudio lachrymarum imbre, adorauit, & perſeuerando orauit; ac totum cor ſuum coram

D. Marg. primò templũ adit, deinde viſitat filium.

Deo effudit; in gratiarum actione, cæteriſque meditationibus, diutius & ſuauius inhæſit. Interim eius pediſſequa, bonæ ſatis familiæ, comes itineris, exilijque fidelis, nonnihil adhuc infecta hęreſi deformatæ religionis Anglicanę; imò vt verius dicam, in hæreſi educata, breui in fide lucranda; curioſius omnia in templo luſtrauit; actiones præſertim ſuæ Dominæ; quæ cùm de more Catholicorum magnam reuerentiam, corporis inclinatione, & genuum curuatione, imaginibus exhiberet Sanctorum; illa admirās circumſpexit, ſi qui adeſſent nobiles, quibus domina ſua ſe incuruaret, quoſve ſalutaret: nemine viſo; rogauit; cui domina mea, vel quibus nobilibus exhibuiſti modo honorem, cùm nullum ego viderim præſentem? reſpondit: his equidem nobilibus, oſtendendo ſculptas Sanctorum effigies; puella ſubridendo nobiles iſti tui (inquit) admodum ſobriè ſunt veſtiti, atq; vti

Miratur pediſſequa D. Marga. reuerentiam SS. imagin. b. exhibentē

vti apparet, ſeminudi. Pergit itaq; vlterius, curioſè auideque cuncta indagare, totas peruagans ædes ſacras; venit tandem vbi ſtabat S. Chriſtophorus: ad cuius aſpectũ, ex inopinato molem magnam imaginis contuens; protinus correpta timore, exhibuit illi profundam reuerentiam; qua facta fugit, quanto potuit ocius ex templo; heram ibi expectando ſuam: qua ſciſcitante cauſam fugæ, reſpondit, ingentem mole virum fugi, exhibuique inſcia ei honorem, metuens vapulare à valido, quo innititur baculo; riſit Domina ſtupidam ſimplicitatem iunioris ſectariç: nec immerito paulo ante dixi ipſam potius ſic educatam, quam infectam hæreſi deuiantium Proteſtantium.

Territa pediſſequa exhibet reuerentiam imagini S. Chriſtoph.

Cum verò paulo poſt iunior illa Scotica inquireret à fratre Archangelo, quid ſibi vellet gigantea illa ſtatua ſancti ſcilicet Chriſtophori per mare gradientis, innitẽtis baculo, baiulantis puerum? benignè

Explicatur qua ratione ima

gnè illã docẽdo inſtruxit: hoc modo. Quod quãuis verũ ſit. S. Chriſtophorũ elegãti admodũ, & procera ſatis ſtatuta fuiſſe; nihilominus, quia animæ eius forma multo præſtantior erat, & ſtatura eius ſpiritualis inter fideles coæuos, ſingulariter emineret; factum eſt, vt pictores, & ſculptores, qui primi imaginem eius effinxerunt, volentes præclaras eius dotes, quibus coetaneos facile antecellebat, exprimere. Symbolicam magis Sancti Chriſtophori nobis imaginẽ exhibuerint; magiſq́ue animum virtutibus excelſum repreſentantem; quam ſpeciem externam, vel magnitudinem, habitudinemq́ue eius corpoream. Ars enim ſculptoria conatur exprimere ſymbolis quibuſdam viſibilibus, quod ſpiritale, & inuiſibile eſt: etiãſi ſucceſſu temporis eiuſmodi imagine, ignorãtibus quod eſſet ſymbolica; occaſio data ſit, fabuloſè plura cõfingẽdi, de Sãcto Chriſtophoro

S. Chriſtophori ſi at tantæ moles.

Imago S. Chriſtoph. ex parte ſymbolica.

phoro. Magnitudine itaq; eius tam procera, ſignificare voluerũt, ingẽtẽ animi virtutẽ, fortitudinemq́; in ſuperãdis belluinis vitijs, qua præditus nõ in ſuis viribus, ſed virtuti Chriſti crucis (per baculũ figuratæ) innixus, gradiebatur cõfidẽter, per mare mũdi hui⁹ immẽsũ, aſſiduè ſæuiẽs tẽpeſtatib. fluctuũq́; elationib. tẽtationũ, atq; aduerſitatũ variè inſurgentiũ; quas tribulationũ, aquas ſuperando, puerum meruit Ieſum in humeris portare; non corpore, ſed mente: non deforis ſed intus: Chriſtum ſcilicet intimè diligendo; & tã efficaciter prędicãdo, quod octo, & quadraginta hominũ millia ad Chriſtũ cõuerterit: & ſic prędicatione, & fidei Cõfeſſione Chriſtũ glorificauerit, & portauerit in corpore ſuo ſecũdũ Apoſtolũ. In ſpecie verò pueri Chriſtũ exhibebãt; quia in recẽter cõuerſis ad fidem, Chriſtus adhuc paruul⁹ eſt; licet vniuerſi orbis dominator ſit: ideoq; figurã

Explicatur ratio ſymbolicæ dictæ imaginis.

mundi dextra teneat. Huius autem pueri diuini benedictione præuentus, debellabat hoſtes quoſcunque: Iſtam verò benedictionem ſignabant in digitis duobus pueri blanduli, orbiferi, Saluatoris mundi, eleuatis. Sic ars etiam ſpiritalia, ſub ſenſibilibus ſymbolis, mentibus noſtris exhibet: quod nec ſanctis, nec ipſi Deo exiſtimandum eſt diſplicere: qui Prophetis apparens, ſeipſum illis ſub rerum ſenſibilium varijs ſymbolis, tam in veteri, quã in nouo Teſtamento voluit repræſentare. Hinc tamen puella ſæpius alijs ridendi occaſionem præbuit: quæ conuerſa tandem ad fidem, ab errore ſuo & ignorãtia gratias Deo egit immenſas, quod haſce tenebras à ſe dignatus eſſet misericorditer amouere. Dei electis omnia cooperantur in bonum.

Ezech. 1. Dan. 7. Oſeæ 12. Matth. 3.

Symbolicæ imagines Dei & sanctorum in Scriptura fundatæ.

ANT-

ANTVERPIAE COLLOCAtur F.Archangelus, ipſum ſequitur mater,& quæ ibi contigerunt.

CAPVT XXIV.

INſulis autem Flandrorum, abſoluto curſu ſtudiorum, F.Archangelus à Prælato maiori miſſus eſt Antuerpiam, vt ibidem eſſet vicarius Conuentus, vnus enim non poteſt omnia ſolus: ſed interim vbi manebit mater? Proſequetur ſine dubio filium, oportuno tempore,& aura, vt ſpiritus, mentiſque ab illo recipiat alimentum, quem corpore genuerat, & cui nutrimẽtum materni lactis tã benignè miniſtrârat. Vade confidenter, ſequere filium Antuerpiam vſque, matrona pietate, genere, & prole nobilis: ciuiũ benignitas te inuitat, taciteq; clamat: Inuitamus te matronam ad hanc ingentẽ vrbem, potẽtia, opibus, populoq; moribus ex-

cultiſſimo florentem; magnates æque, ac ciues ſunt exter s beneuoli: pergrata & illis, & nobis fratribus Capuccinis aduentes; auxilio, fauore non deerunt, pacificus ſit ingreſſus tuus.

Excipitur D. Marg. à Guardiano Antuerp.

Audit P. Guardianus huius noſtri conuentus Antuerpienſis, matrē ſui vicarij, Fr. Archangeli, aduentare, prope eſſe, eam adeſſe; quid non faciet, & excogitabit, vt exulem Ieſu Chriſti recipiat, ac dignè conſoletur. Nomen huic Patri Guardiano erat Cornelius Racanatenſis, Italis benè notus, Belgis, Allobrogibus, Germanis: vir totus ignitus in exhibitione charitatis fraternæ, ille, inquam, qui intrepidus amore Principis, & huius patriæ, acceſſit ſeditioſos illos milites, qui arcem Hoochſtratanā paucis ab hinc præteritis annis inuaſerant; eo ſanè animo, vt oratione, & verbis feruore plenis redderet pacatos, & Principi ſubiectos: quem cum illi loquētem audiſſent, moti fuêre nō modicum, & corde

& corde compuncti; ſed detinuit in rebellione iuſiurandũ, quo ſe ſocijs abſentibus obſtrinxerant; ſaltẽ viro religioſo non paruum humanitatis obſequiũ, neceſſaria ſuppeditando, ac tutè deducẽdo oſtenderũt. Sperabat bon⁹ hic Pater apud hos proficere poſſe, ſicut fecerat apud illos ſeditioſos paulò ante milites Vvartemij, quos vt verus ipſorũ electus ſpiritualis, in tãta militari diſciplina & modeſtia cõtinuit, cõcionibus ſanctis, taliterq́; lucratus eſt ipſorũ animos, vt nõ feroces (quod ſolent) ſed pacatos ſe exhiberẽt; vt propterea cõmuniter diceretur, quod non inutilis patriæ, reiq́; publicæ foret hæc militũ cõmotio; propter opportuna eorum, quæ paſſim prȩſtabant ſeruitia. Iucundum eſſet audire ſingula, nî digreſſio ſuos hic excederet limites, quȩ paucis hic eſt interpoſita, in memoriã rei tam fortiter geſtȩ; per tam bene meritũ virũ, qui poſtmodũ fact⁹ eſt Cõmiſſarius Generalis prouinciȩ Colonienſ. quo in

munere qualē ſe præſtiterit, ſuperfluum eſt dicere; cum ſit omnibus notum. Hic optimus pater, qui aduentante præfata matrona Antuerpiam, fungebatur officio Guardiani: præcepit omnibus ſuis ſubditis, vt quicquid quisq́ue excogitare poſſet ad ſolatium, & miniſterium, huius optimæ matronæ, decenter exequeretur: ipſe verò tanta liberalitate animi, & candoris exhibitione, in propria perſona eam recepit, iuuit quocunq́ue modo poſſet, ac per fidum interpretem, conſolatorijs verbis afflictam exulem propter Chriſtum, deliniuit, vt hic ſecundus cum filio occurſus, ſolēnior, & iucundior, in grata paupertate fuerit primo.

Mirabilē ex charitate ff. Capuc. cōſol. percipit D. Margar.

Vt autem nobilis mulier conſiderauit humanitatis obſequia talia; præ nimia dilatatione cordis videbatur quodammodo oblita, ſui mariti ac filiarum, cæterorumq́ue ſuorum malorum præteritorum, parata modò, vt altera vidua. S. Elizabeth, manu propria,

pria, & arte, qua plerumq́ue nobilium filiæ inſtruuntur, in filo, & acu, aut ſaltem in lino, & lana, operando victum lucrari: Hæc quoque erat illius intentio dum migraret è Scotia; gaudente mirum in modum filio, qui tantã animi prõptitudinem, in tenui fortuna, conſtantiamq́ue matris, in exilio ſuo conſiderabat.

Nec erubuit illa commendata diuitibus, agens iam Antuerpię, eleemoſynas recipere; cum enim quidã mercator nummulum aureum ipſi miſiſſet, per ſuum famulum, ipſa tanta humilitate, iſtum proprijs manibus recepit, vt merito miraremur fœmineum animum, paratum iam ad deſpectum proprium, nec recuſantem cum indigentibus ſtipem recipere. Tandem ſereniſſimi Principes Belgiæ eius miſerti, ſubſidio pecuniario honeſto Regis Catholici, eam quo ad vixit, ali curauerunt, vtendo in hoc exilio, vnico filij ſui ſolatio, quem paſſim ſequebatur,

Non erubeſcit nobilis Domina eleemoſinam acceptare oblatam.

Sequitur vſquequaque filium vt altera Monica.

batur, quocunque à ſuperioribus ille in prouincia hac mitteretur.

Non prætereundũ ſilentio, quid id temporis Antuerpiæ contigerit D. Margarethæ: cùm feria quarta quatuor temporum, in aduentu diluculò ſurrexiſſet, vt deuotè adeſſet, ſolemni Miſſæ quotannis fieri conſuetæ, in primarijs Eccleſijs, in memoriam lęti nuntij de cœlo deportati humano generi; ſed diuæ præſertim Virgini annunciati; in quo ſacriſicio matutino, multis accẽſis luminaribus, in theatro compoſito, congruè rem geſtam repræſentantibus perſonis, columba quaſi è cœlo labente, in multo lumine vndequaque rutilante, cæteriſque cæremonijs huic myſterio perquã aptis, ſagaciq; induſtria adhibitis, totius populi ſpectantis mens, & oculi ſurſum ferebantur in gratiſſimam tanti præſtiti à Deo beneficij recordationẽ. Sed præ cæteris lęta, & in cordis iubilo, his ſacris aderat, hæc mulier, ſibi, patriæque ſuæ inconſuetis; nihil mali ipſa in totum

bona,aut ſiniſtri ſuſpicata; putãs in tali hominũ conuentu,& loco prę-ſentes oẽs fore bonos, nec aliquos ibi eſſe qui quærerent,quæ ſua non ſunt in burſis alienis. Cũ aũt huius crumena eſſet vacua, (nondũ enim aliquid receperat de ſubſidio ſuo pecuniario,licet indulto)nihilq́; pecuniæ apud ipsã inuenire poſſent fures;inſidiati ſunt mantello pauperculæ,quod patrio ſuo de more,ſuffultũ erat pellib. albis, nigras ſparſim maculas naturaliter permixtas habẽtibus:ac ſublatũ ex humeris,in media turba,ſe ſuumq́; furtũ, quaſi in latebris abſcõderũt. Illa aduertẽs ſublatũ ſibi ab humeris palliũ,abſit vt lamẽtando querεmonias fecerit: quin potius in ſuo inſortunio, viſa eſt ſubridere;vt altera S.Elizabeth. Quod vbi reſciuit filius eius Archangelus, qui & erat Antuerpiæ,ſocijq́; fratres Capuccini,cõpatiendo neceſſitati ſuæ matris, Deo negotiũ, patientiamq́; ab ea exhibitam, beatæ quoque virgini, cuius ſeruitio inhæſerat, ex totis præcordijs

Pallium ex humeris tollitur D. Margar. in templo.

Patienter ſuſtinet iniuriam.

commendauere; factumque eſt ſub veſperam, vt ſacrilegi compuncti corde, chlamydem matronæ retulerint; mox à conſpectu illius incogniti ſe ſubtrahentes; mirantibus ciuibus inſolitam humanitatem exhibitam, ab huiuſmodi farinæ hominibus. Quam bene & ſanctè Beatus Petrus hortatur, vt ſimus fidentes in Deo, non in nobis, quoniam ipſi eſt cura de nobis; de veſtimento quid ſolliciti eſtis inquit Chriſtus: qui dat omnibus affluenter & non improperat, tam in bonis corporis, & in neceſſaria vitæ ſuſtentatione, quam bonis ſpiritualibus, ad animam pertinentibus; ab ipſo enim omnia, certè non vulgaris Deo cura de ſeruis ſuis; vt patet in exule ſua Domina Margaretha, nec minus in eius pediſſequa; cui etiam poſt conuerſionem, breui tempore dedit poſſe loqui Flandricè; quo foret apta admitti inter ſacras ſorores S. Brigittę, atque adeò ad cęlibem vitã ducẽdã ei⁹ roborauit animũ, vt ab ea

Mirabiliter reſtituitur palliũ

1. Pet. 5.
Matt. 6.
Iac. 1.

ab ea ipſam nemo auellere potuerit.

PEDISSEQVA D. MARGA-
retæ in Ordine S. Brigittæ dicatur Deo, Quid ſponſæ à F. Archangelo propter Chriſtum derelictæ contigerit.

CAPVT XXV.

VNde noua nunc iterum oritur exuli matri deſolatio fidelis illa pediſſequa ſua, vnica comes itineris ſui, laborum, & afflictionum ſocia indiuidua; vult eam deſerere, vnicũ ſolatiũ ſui idiomatis. Quid hic acturus frater Archangelus? num impediturus virginis propoſitum optimum, vt placeat matri, commoditatique eius faueat? abſit hãc rem cogitare, vt reſpectus matris præponatur ordinationi Dei; ſed potius virginem animauit, ad mentis ſuę conceptum exequendũ, matremque confortauit, ad cõſentiendum Dei, famulæque ſuæ volũtati. Laudabilis enim iſta procul dubio

D. Marga. non renuit priuari pediſſequa propter Chriſtum.

MITTITVR DIXMVDAM, ibi plus quam trecentos Scotos ab hæreſi ad fidem conuertit: ſeditionem inter Hiſpanos & Scotos ortam componit: ſupremo morbo decumbit.

Capvt XXVIIII.

INterea Reuerendus Capuccinorum Prouincialis tali grauiter eũ eſt adhortatus oratione; vade modo Frater Archangele quo te vocat, deſtinatq́ue feſtina obedientia; vt iam appropinquante fine tuo, vitęque termino, ſi matris oraculis credimus, inſtar faculæ pœnè conſumptæ, luceas clarius ardore verbi, traƌtuq; exempli. Agmen gentis tuę, cohorteſque militum in tenebris errorum verſantium, & fame cibi verbi vitæ æternæ languentium; egent pane doƌtrinæ tuæ; lingua, & terra vobis eſt eadem communis, agnoſcent te, benè vndique notum.

Mittitur Dixmudã ad Scotos conuertendos.

Dixmudæ in parte Occidentalis Flādriæ expectaris, atque inuitaris; gratus conciuibus, & conterraneis aduenies; animarum lucrum ibi te manet, tripudium angelicis choris, ſuper peccatoribus conuertendis, conglomerandum iri perſpeximus; accelerandi ſunt greſſus, acuenda lingua, aſſumendus tibi eſt animus contra difficultates ſuperuenturas. Deus aderit, operique inchoando, ac perficiendo fauebit. Fructum digniſſimum, quem Dominus Deus per hunc fratrem, eo in loco, parteque ditionis Flandricæ, dignatus eſt operari, quam plurimis cognitū eſſe ſcimus.

Cum enim anno ſalutis 1606. adueniſſet in Flandriam certus numerus Scotorum, militię aſſcriptus, pro Belgij Principibus, miſſusque Dixmudam, hæreret, tanquam miles ibi pręſidiarius, cum mille circiter Hiſpanis militibus; maximaque pars militum Scotorum in hæreſi educata, eaque omnino deprauata eſſet:

eſſet: operæ precium, ac neceſſe fu-it (cum Deus mandauerit vnicuí-que de proximo ſuo) errantes, diſ-perſaſque à grege oues reduce-re; ac reuocare. Quibus autem humeris onus illud conuenientius imponi potuiſſet, quam fratris Ar-changeli? qui ſufficienter ad hoc, ſcientiæ dono præparatus, eximia-que dilectione flagrans, nil iucun-dius habebat in votis, quam animas conciuium ſuorum diabolica aſtu-tia captas, deceptaſque, ab errore peruerſo eruere, ac penitus libera-re? miſſus itaque ad milites præco, cum merito obedientiæ, dilectio-niſque boni communis; mandato ſuperioris ſui maioris Fr. Archan-gelus; continuo auté ſuaui Dei ver-bo, doctrina ſana, & præſertim vitę ſuæ exemplo ſingulari, morumque maturitate, cohortem virorum am-plius quam trecentorum ad fidem catholicam perduxit, non omnes ſimul; non vna vice, ſed pedeten-tim, ſed ſegregatim: annumera-

Quintum animarũ reportarit lucrum.

tis ijs Scotis quos eodem itinere, Mennenis in fide lucratus eſt, plus minus octodecim.

Conuerſos nunc in tanta vitæ diſciplina Dixmudæ continuit, authoritate ſuæ generoſitatis, & acri in delinquentes reprehenſione, vt paſſim omnes mirarentur ciues, locique illus vicini, imo inuitè tam morigerato vellent deſtitui milite præſidiario. Sic cæcis à via veritatis errantib' amiſſum reddidit viſum, vel ſi nunquam conſecutum, illum ijs quo Chriſtus videtur, præparauit acuitque intuitum.

Commotā inter Hiſpanos Scotosq; ſeditionem, armis & ſanguine iam iam decernendam, ſedauit eloquio ſuo.

Seditionem ſeu potius armorum commotionem, ex inopinato inter Hiſpanos, & Scotos, omnes ciuitatis huius præſidiarios milites, obortam mirabiliter ſedauit Frat. Archangelus. Ipſo enim vacante militum ſaluti, ac tam pio incumbente in principio operi, peruenit ad aures eius ſubitus clamor, ſtrepituſque ingens armorum, quo audi-

audito, ſtatim vt accurrens vidiſſet paratas vtrinque acies ad cõflictum, ſolumq́ue reſtare pugnæ ſignum à Ducibus vtriuſque partis dari conſuetum, proiecit ſe in medium, flexis genibus, extẽſis in modum crucis brachijs, vnà cum ſocio ſuo fratre, fundens preces, orans pacem, mulcendo animos blandus, terrendo terribili eloquio, nunc ore materno, nunc Gallico, tanta vi verbi & feruore actionis, vt hinc inde permotis militibus inita pace, non ſit peruentum ad paratam, inſtructamq́ue pugnam. Conati quidem erant ciues retinere Capuccinos, ne tam euidenti ſe inijcerent periculo; ſed amor Dei & proximi nullis vinculis tenetur. Quæ res vt nunciata fuit Principi, ac ſimul etiam Gubernatori Occidentalis Flandriæ, ſeu potius generali capiti militum illius regionis Comiti Frederico van den Berghe, egerunt læti gratias Deo, &

Periculo non terretur ab incepto.

fratri Archangelo. Qui pro ſua etiam exauditus à principe reuerentia, paratum ſupplicium, quo plectendi erant authores commotionis huius præcipui, à capitibus ſontium plurimis deprecationibus auertit. Hæc ita contigiſſe & à fratre Archangelo patrata eſſe affirmauit in conſcientia, coram ſuperiori ſuo, frater Adam Inſulenſis, comes indiuiduus in iſto itinere fratris Archãgeli. Aſſeuerans inſuper, quod *Minoritæ* tunc temporis Dixmudæ agentes, quorum humanitate Fr. Archangelus receptus erat hoſpitio, tanta hunc fratrem reuerentia colebant & reuerebantur, vt quicquid illi arbitrabantur & placere, protinus exequerentur; quicquid verò diſplicere, vitarent: percipientes manifeſtè, vt ipſimet fatebantur, præſentiam Spiritus Sancti dirigere operationes huius fratris, ac in rebus agendis moribuſque illius decentiſſimis planè lucere. Nemo nobilium, ciuium, aut militũ Dix-

Inuitatus ad conuiuia ire recuſat.

muda-

mudanorum potuit obtinere, vt vel ſemel fr. Archangelus cibo aut potu in menſa eorum reficeretur, quamuis ſummis infimiſque precibus, imo & ipſe gubernator inſtarent, ſed vnica ſemper refectione & quidem parca contentus in die, apud fratres hoſpites ſuos gaudebat quiete ac ſtudio, pro animarum deuiarum lucro. Et quidē ſic arcta ieiunia præſtabant orandi & ſtudendi ſpatia.

Dicebat tunc Guardianus loci illius vir prudens & doctus quaſi diuinando, quod fr. Archangelus non diu ſuperuiueret, ſed Deus illi breui mercedem redderet exerciti operis & laboris. *Guardianum Dixmudæ præſagit obitū F. Archāg vicinum.*

Medio profundoque noctis ſilentio, dum precibus conſuetis vacat, aure mentis percipit à Spiritu bono, eiuſmodi inſtinctu ſic ſe moneri. Reuertere modo impleta hac obedientia P. Guardiane fr. Archāgele Teneramundam ad filios tuos, vt paululum conſoleris eos, quia *Præcognoſcit obitum ſuum.*

tempus tuæ reſolutiouis inſtat, & mater importunis ad Deum precibus te expectat. Germanus frater tuus cum Seraphicis Socijs, præcedente duce eorũ beato Frãciſco pręparat occursũ, vt exuli Chriſti gratulẽtur, vt militi Chriſti aſſignẽt fęlicis patriæ ſoliũ, ſedẽq; perpetuã.

Reuertitur Teneramundã. Patrato itaque hoc inſigni opere, partaque contra hoſtem humani generis victoria, exultans in Spiritu, proſperè redijt Dixmuda ad ſuum conuentum, gratus & expectatus: atqui diuina diſpoſitione ita ordinãte iuit paulò poſt Vvaeſmunſterium, duabus vix leucis diſtans à Teneramunda, pro requiſito ſeruitio incolis iſtius loci præſtando. Vbi cum morbus contagioſus graſſaretur, quem morbum noſtrates vocant Donum Dei (quod ſingulari Dei prouidentia immittatur) noluit miſericors Deus hunc *Infirmari cepit ad mortem.* famulum ſuum ab hoc dono eſſe immunem, vt intelligãt impij, quãdo vident flagellum Dei appropinquare

quare ad tabernacula iuſtorũ, quãm meritò formidare debeant & reſipiſcere per pœnitentiã. Quia vt inquit Hieremias, hæc dicit Domin⁹: Ecce quibus non erat iudiciũ, vt biberent calicem, bibentes bibent, & tu quaſi innocens relinqueris? non eris innocens, ſed bibens bibes. *Hier. 49.* Dicat aliquis: Ergonè id flagellum in domo Dei pro iuſtis? nam tale quid olim Ethnici exprobrabãt Chriſtianis, procacibusq; inſultabãt cõuicijs, cũ fideles Præſules aſſererent, plagas à Deo tã Imperatorib. quam populo irrogatas ob Chriſtianũ profuſũ ab eis ſanguinem, inflictaſque morte crudeliores ſua diuturnitate pœnas eueniſſe: Ecquis, inquiebãt, cętus Chriſtianus præ gentibus tali ſæuiente tẽpeſtate, à peſte, fame, cæteriſque calamitatibus fuit immunis? Pręclare Põti⁹ Diaconus reſpondentem inducit S. Cyprianum in vita eiuſdem, his verbis: Mouet quoſdam, quod ſit nobis cũ cęteris mortalitas iſta cõmunis, quod enim

nobis

nobis in hoc mundo non commune cum cæteris, quamdiu adhuc ſecũdum legem primæ natiuitatis manet caro iſta communis? Et poſt aliqua: Quinimo ſi qua conditione, qua lege crediderit Chriſtian⁹, noſcat, & teneat, ſciet plus ipſi, quam cæteris in hoc ſæculo laborandum, cui magis ſit cum diaboli impugnatione luctandum; ſed quam diſpari acciderit vtriſque hæc, quæ eiuſdẽ cladis videretur gentilibus ac Chriſtianis collata æqua menſura, poſt multa declarat ſic dicens: Multi ex noſtris in hac mortalitate moriuntur, hoc eſt multi ex noſtris de ſæculo liberantur, mortalitas iſta vt Iudæis & gentilibus & Chriſti hoſtibus peſtis eſt: ita ſeruis Dei ſalutaris exceſſus eſt. Proinde in ſua contra Demetrium Proconſulem inuectiua, idem S. Cyprianus ſententias verè intorquet aureas, huic materiæ ſeruientes; vtinam mihi & cęteris tempore afflictionis occurrerent: Inter alia hæc ait: Cæterum nullus

Quam differenter pijs malis obueniat: flagellum peſtis à Deo immiſſum.

nullus ijs dolor eſt, de incurſatione malorum præſentium, quibus fiducia eſt futurorũ bonorum: denique nec conſternamur aduerſis, nec frãgimur, nec dolemus, neque in vlla rerum clade, aut corporum valetudine muſſitamus; ſpiritu magis, quã carne viuentes, firmitate animi infirmitatem corporis vincimus. Putatis nos aduerſa vobiſcum æqualiter perpeti, cum eadẽ aduerſa videatis à nobis & vobis non æqualiter ſuſtineri, apud vos impatientia clamoſa ſemper, & quærula eſt, apud nos fortis, & religioſa patientia, quieta ſemper, & ſemper in Deũ grata eſt. Qui plura deſiderat authorem conſulat, hæc ſufficiant ad obiectionem diluendam. In reditu vero ſuo perſentiens bonus pater ardorem corporis inſolitum, tota etiam anima ſua in amati ſui IESV Chriſti deſiderio cępit incaleſcere; ac domum reuerſus, congregatis filijs, poſt, benignam exhortationem, & valedictionis benedictio-

Accelerat deminutionem.

ctionem ipſis impertitam, paucis admodum verbis; propter vicinam mortem recepit Sacramenta ſalutis exultabūdus: cur timeret mortem, qui toties mori didicit? Cum iam ſtātes eſſent pedes eius in atrijs Hieruſalem, libenter pertranſiens atrium mortis, per quod introitur in cœnaculum Hieruſalem delitioſum, nec mora, vident vtique fratres calorem & ardorem febris non vulgarem, vireſque & loquelam deficere: medici conſilio, ac præſertim inſtantia infirmi, deducunt patrem ſuum, ad domum poſteriorem, iuſto à conuentu ſpacio elongatam, pro exigentia ſimilis excurrentis morbi.

Valedicit & benedicit Fratribus.

Quàm varijs multiſque modis verus à Deo exercetur in vita ſua Christianus? vt in paucis vexatus, in multis bene diſponatur, atque vt Deus inueniat eum dignum ſe, ſed quid ſunt paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam? quas ex tam immenſo amore miſeri-

Pati, electorū eſt.

ſericors Deus electis ſuis immittit amicis, vt ſeptics & ſepties (vt ita loquar) ſecum deliberet, vtrum huic vel illi, hanc vel illam imponet crucem, adeò metuit quodammodo, ne tam pretioſum munus tantiq́ue crux pretij ab humeris impoſita excutiatur, pretioſumq́ue monile negligatur. Quod veraciter interno cordis palato percipiens, paratus erat Fr. Archangelus ad decrepitam ætatem vſque, cum IESV, & pro IESV humiliter hilariterq́ue pati; quæ procul dubio bona promptaq́ue voluntas mercede ſua non erit fruſtranda.

CON-

CONSVMMATIO, OBITVSque fratris Archangeli.

CAPVT XXX.

Moritur. VErum rex cœli deſideratam à ſe animam exulis ſui, & peregrini, dum languidum corpus tranſportatur, in medio horti, & pontis ſuperpoſiti riuulo illuc allabenti, eripuit ex amabili corpuſculo, tenui & macilento, vt viuum ſemper extiterat. O fœlix anima ex terreſtri Capuccinorum horto proficiſcere ad amœnos hortos paradiſi cœleſtis, & quæ ſuper riuulo exhalaſti extremum Spiritum, immergere flumini inexhauſto diuinitatis, nulloque æuo exhauriendo, & quæ in terris innumeris fuiſti agitata agonibus, quibus mediantibus à corporeis cupiditatibus eras libera, in aula mentis aſſueta diuinæ vacare ſapientiæ, nunc omni ſtrepitu terrenarum ibi ſilente curarum, in iucunda contempla-

tione

tione Deitatis, & in delitijs lætare æternis. Non diſpari morbi dono & modo dilectam animam Sancti Ludouici Franciæ Regis euocauit Deus in terra aliena, in media caſtrorum acie illā quoque eſt amplexatus, gratus ſanè amplexus, amplexibileque morbi munus. Qui poteſt capere, capiat, da Deum amantem, & crucis virtutum guſtantem, & ſcit quid loquor. O crucis virtus! ô tribulationis & anguſtiæ qualiſcunque pro & in Chriſto perpeſſæ vis, & ingens theſaurus! O lucrum paucis cognitum, paucis gratum! Audi S. Andream clamantem: non me patiaris Domine ab impio Iudice de cruce deponi, quia *virtutem Sanctæ crucis agnoui:* vultis vno verbo dicam, quod ſentio: ſi centum mortuos ſuſcitaſſet noſter Archangelus, ſi omnes ſui temporis languidos curaſſet, non tanti facerem, quanti facio continuas eius à iuuentute anguſtias, & labores, quos perpeſſus eſt, quos abundè

S. Ludouicus etipeſte ſublatus.

ocu-

oculis veſtris hic propoſui, & quaſi manibus palpandos exhibui. Si non mihi, crede D. Chryſoſtomo, qui ſic loquitur: *Pro Chriſto pati, munus eſt maioris admirationis, quā ſit reuera mortuos excitare, & ſigna miranda patrare: nam illic quidem debitor ſum, hic verò debitorem habeo Chriſtum.* Meritò igitur gratias agamus Deo pro fratre noſtro Archangelo, qui fidelem adeo ſe præbuit in ſectanda & ſuſtinenda cruce IESV. Pondus autem gloriæ, quod ex ea à dilecto ſuo IESV aſſecutus eſt in cęlo, nullis poteſt explicari ſermonibus: ſi enim prouidus & iuſtus paterfamilias ſuo operario veſperi, conſummato opere tam ſollicitus eſt in mercede tribuenda; quantò magis Pater cœleſtis ſollicitus erit repromiſſionis præſtandæ ſeruo ſuo? Lętamini in Domino iuſti, agite dies lætitiæ, tu fili cum matre: aliquando cogita de nobis, de Senatu populoque ciuitatis Antuerpienſis exilij tui fautricis ac ſuſce-

ſuſceptricis, nec minus Teneramundanæ, vbi dulciter expiraſti: qui te & matrem ſolita ſua in exteros omni humanitatis candore exceperunt, & liberalitate fouerunt.

Defunctus eſt autem hic frater Archangelus anno ſalutis 1606. ætatis ſuæ trigeſimo ſexto, ſepultus in naui Eccleſiæ Capuccinorũ Teneramundæ, iuxta vaſculum, quod continet aquam luſtralem: inde poſtea translatus ad Sepulchrum fratrum commune, quieſcit in Domino ſuauiter, qui gubernaculum fidei viriliter tenuit, anchoram ſpei tranquilla iam in ſtatione fixit, plenamque cœleſtibus diuitijs & æternis mercibus nauem optato in portu collocauit. *Teneramunda ſepelitur.*

Nec rem notatu dignam prætereundam hic exiſtimo: fratris Archangeli matrem & patrem, ipſorumque hunc filium Archangelum defun- *Eodẽ anno obijt & pater F. Archangeli, ſed impœnitens.*

defunctos eſſe, vnum poſt alium vno eodemq́ue anno 1606. in quo ſinguli meritorum ſuorum receperunt, in iuſto Dei iudicio retributionem, ante cuius tremendum tribunal ſteterunt, & in die nouiſſimo ſtabunt, in magna conſtantia iuſti illi duo, filius cum matre, contra eos qui ſe anguſtiauerunt.

Sęuus nihilominus pater audito tranſitu ſuæ legitimæ coniugis, nõ potuit ſe continere à naturalibus lacrymis, altum clamando. O *mea* fidelis & ſuperfidelis, ô mea bona Margareta, exceſſiſtine tandem è vita poſt tot ſuperatos agones & labores, paulo poſt & ipſe (proh dolor) impœnitens vitam cum morte commutauit.

Aliquot autem diebus antequã è viuis excederet frater Archangelus, miſſus fuerat Roma ad has Belgiæ partes R. admodum P. Michael Ariminenſis Cõmiſſarius, vt viſitaret Prouincias Capuccinorum ſitas infra Alpes, cui dum annuntiaretur

retur trāſitus huius deuotiſſimi Patris fr. Archangeli non potuit ſe cōtinere à copioſis lacrymis, dolēs nimium deceſſum viri tantæ expectationis, etſi antea parum ſibi noti, repletus ſcilicet ex odore fragranti bonæ illius famæ, qui dulces prouocabat lacrymas ex oculis huius venerandi ſenis, præ nimia dilectione, & compaſſione Prouinciæ Belgicæ, quam videbat tam digno Patre orbari, vt ſimiliter contigit pluribus è fratribus, ex recordatione præteritæ vitæ, amabiliſque conuerſationis tam humilis fratris; humilis repeto quia optauerat, & viuēs multum inſtiterat, vt ſemper in ordine potuiſſet permanere frater Laicus, niſi ſuperiores meritò obſtitiſſent; humilis, dico, quia vix in ſua cauſa loquebatur, neque vnquam inter fratres auditus eſt loqui verbum otioſum: humilis dico, quia adeo pauidus erat, ne quicquā committeret contra mandata Dei, & Saluatoris ſui, & non ſolum mā-

data ſed & conſilia perfectionis E-uangelicæ, vt plures quotidie de carne, & ſenſu mortes ſacrificium acceptabile offerret, ſeipſum mactãdo ſuper arcto, & ſtricto altari abnegationis propriæ quæſtionis; implẽdo verbum Saluatoris, quod alta mente imbiberat, niſi granum frumenti cadens in terram mortuũ fuerit, ipſum ſolum manet: & iterum; ſi quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum. An non verè martyrem prædicabo fratrem Archangelum, qui mori toties in ſemetipſo pro Chriſto elegit? laudaui ſatis! commendaui ſatis! parum eſt quod dixi. Poſtremo morbum ipſum, quo conſumptus, quo exuſtus eſt, nõ immerito candens martyrium per ignem dixerim, quem ardore mentis accenſus igne diuinę charitatis ſuperauit.

Ioan. 12.

Matt. 16.

O granum perfectè mundo, ſibique mortuum, vt Deo viueret! O granum ſecundum mentem Chriſti purum, quod non remanſit in terra

ſolum: granum quod multũ fructũ attulit. Quis nõ aduertat, ex omni hiſtoriæ huius diſcurſu ab ipſo exordio, in quo grani puri cępimus mentionem facere, quod frater Archãgelus fuerit granũ à Deo ſelectũ, quamuis aliquantula palea obuolutum, & ariſtis hiſpidum, affectibus videlicet ſęcularibus necdũ ita purgatum, vſque ad annum ætatis ſuæ quartum decimum. Sed Dei clemẽtia protegente, nõ conculcatum nec contritum, quia medijs aptiſſimis mundatum, & purgatum eſt ſeptuplum. Granum inſuper purgatum fuiſſe ſponſam quondam fratris Archangeli retinetis. Quam verò incontaminatum fuerit granum mater illius recordamini: ſemper vigoroſum, ſemper ſolidum in proſperis & aduerſis cum præfatis etiã ſuis animoſis fratribus germinis, omni æuo laudandis principibus, vnico ſaltẽ excepto, quẽ audim⁹ à fide defeciſſe, nõ ſine ingẽti magnatũ propinquorũ luctu, & Cotholicorũ

detrimento. Et quare hoc accidit? quia fortè tãta vt æquum erat, cautela prauorum conſortia non euitauit; atque hoc in negotio non ſatis ſe præbuit pauidum, quid igitur mirum ſi minimè beatus; cum ſacer
Pro. 28. textus habeat: beatus homo qui ſemper eſt pauidus: liquet ergo ex decurſu diſcurſus noſtri, prouidẽtia Dei ſummi grana miſericordiæ diſponi, regiq́; ſuauiter, quicquid infructuoſa zizania fructum corũ retardent.

Non omittenda eſt hic ſumma dilectio & charitas cuiusdam fratris Sacerdotis ſubditi, ſub defuncto hoc modo patre ſuo Guardiano fratre Archangelo; qui moribundũ hunc ſuum Patrem, agentemq́ue animam in vlnis ſuis, & brachijs proprij; permiſit expirare, fidelitatem, & amorem oſtendendo non mediocrem veri filij, qui agonizantem rulit per medium horti & pontis modo dicti, cum ſocijs fratribus intrepidis, non obſtante periculo mor-

mortis ex morbi contagio. Hic frater breui ſubſequutus eſt, eodem mortis genere Guardianum ſuum, in alteram vitam nomen eius erat fr. Michael Louanienſis è familia de VVachelgem; hic vnicus hæres propter Chriſtum reliquerat matrẽ ſuam viduam, quæ modo ſuperſtes, charum hoc pignus obtulit Deo in ſacrificium, & ſibi in abnegationẽ. F. hunc Michaelem multis annis bonus Deus exercuit varijs languoribus, credibile eſt non ſine dilectionis ſigno. Erat enim ingenio, & viuacitate naturæ non exigua, voluitque Deus tali adminiculo & remedio ſalutari ipſum à terrenis cõtagijs purgare. Exercitatus nõ mediocriter in vita Spirituali, functus fuit debitè officio magiſtri Nouitiorum animi virtute vincens corporis aduerſas valetudines.

Mutuus amor & huic expſiranti aſſiſtere coegit quendam nouiter profeſſum nomine fr. Simplicianũ filium ciuis Antuerpienſis, qui re

& nomine erat ſimplex, qui hilari ſemper vultu, exultabūdus in Spiritu, ridendo etiam mortuus eſt.

Huic etiam morienti ſubuenit prompta, quantum potuit, voluntate quamuis vires deficerent. Fr. Nicaſius oriundus è familia de Vrēbde ſatis nota apud Aloſtanos, qui in procurandis eleemoſynis, ac fratrum ſeruitijs vſque in finem fidelis permanſit, & humilis laicus.

Quem eodem mortis genere ſecutus eſt, & alter frater Sacerdos Gallus natione, moribus ornatus honeſtis: atque ita dum ſibi mutuò opitulantur, alter alterū quaſi manu deduxit ad cœleſtia.

Et Deus qui familiam ſuam viſitare dignatus eſt, noluit caput non ſine comitatu eripere, & ad ſe inuitare, cumq; in ſua prouidentia non fallatur, miſit duos fratres Sacerdotes cum obedientia ſuorum ſuperiorum, qui curam intrepidi ægrotorum ſpōtaneè ſuſceperunt. Sic ſic in veritate vidimus quid

quid ſit animas pro fratribus: hos tamen duos; ac reliquos familiæ fratres placuit Deo ſeruare ſuperſtites.

Plangebat olim propheta Dauid amicum vnicè prę omnibus dilectum, infœlici prælio interemptum dicendo: Doleo ſuper te Frater mi Ionatha, quod & ego proferens dico flebili voce: Doleo ſuper te mi frater Archangele, quomodo repentè tam ſuaui, tam vtili cõſuetudine ac cõuerſatione tua fruſtrati ſumus. Quis gratum aſpectum, quis ſalutaria tua, blandaq́ue, ſed ſale vſque condiri ſolita eloquia non deſideret? quis ædificatoriũ vitæ tuæ ſtudium, adeoq́ue bene prudenterq́ue agendi conatum ſibi prælucere non exoptet? quis ſublimi patientiæ, & conſtantiæ tuæ virtute excitari denuo non vellet? O quam maturè feſtinauit altiſſimus ex mundi huius te illecebris, & de medio iniquitatum eius te eripere! neque opus erat expectare 2. Regñ 1

placiturum quoniam iam Deo placita erat anima tua. Quod igitur
Sap. 4. Deo placuit, placeat & nobis. Interim chare Frater, iubila Deo laudem, canta; vernantiſſimo perfuſus gaudio coram ipſo ex animo, tuæ modo aſſociatus genitrici, illud
2. Cor. 1. Apoſtoli. Quoniam ſicut abundarunt paſſiones Chriſti in nobis: ita & per Chriſtum nunc abundat conſolatio noſtra paſſiones in quã quæ non ſolum vobis, verum & omnibus Catholicis in toto Scotiæ regno, reliquisque inſulis Britannicis, & tota penè occidentali plaga, à perfidis hæreticis eadem tempeſtate excogitatę, & Catholicis fuere inflictæ. Inter quæ, ſtetiſtis tanto fortiores, quanto ab iniquitate remotiores, ſola enim iniquitas eſt quæ à Deo ſeparat; Aduerſitas autem arctiſſimè iungit. Aſtruit hanc doctrinam exemplum magni
Hebr. 11. Prophetæ Moyſis qui magis elegit affligi cum populo Dei potius, quã temporalis peccati habere iucunditatem:

ratem: maiores diuitias æſtimans, theſauro Aegyptiorum, improperium Chriſti; aſpiciebat enim in remunerationem. Gratias tibi Domine IESV Chriſte, pro his, quos calamitoſo hoc ſæculo naſci feciſti; in quo videre mala gentis ſuæ; in quo verè à te probati ſunt ſerui tui fideles, ad correptionem, vt ſperamus, non ad perditionem. Quid perpeſſę vobis modò defunctis nocent ærũnæ, plures pro Chriſto pati paratis, ſi cõtigiſſent? nũc abſterſæ ſunt lacrymæ ab oculis veſtris, nunc dolor non erit vltra, non clamor, non gemitus in plateis veſtris: ecce Deus noua fecit omnia. Delectare igitur modo & ſemper in Domino dilecte Fr. Archangele, qui dedit tibi petitiones cordis tui.

Sed fieri poteſt vt quis tacitus ſecum cogitet: cum tam præclara reſplendeat huius fratris Archangeli vita, mirum eſt, quod Deus non permiſerit eum clarere miraculis. Ad hoc dicimus, ad perfe- *Vita F. Archangeli non idea paruifacienda quod miraculis careat.*

ctam ſanctitatem alicuius, non eſſe neceſſe vt is miracula faciat, quæ fiunt quotieſcunque,& per quoſcunque Deo placuerit; cuius ſolius eſt patrare miracula: quod ſi quandoque neceſſaria ſunt, non ideo ſunt; quaſi ſunt pars aliqua ſanctitatis, ſed per modum teſtimonij apud alios, qui vel dubitant de ſanctitate alicuius ſancti, vel quibus Deus vult ſanctitatem eiuſmodi eſſe notam. Certum eſt autem Deum non iudicare expediens, plures ſanctos fieri manifeſtos, vt eo magis eos honorificet in cęlis, quo minus venerationi habentur in terris. Certum eſt inſuper quod quorum vitę ſanctitas, ex operibus ipſis ſatis probata eſt, ſignorum probatione non indigere. Sic legimus in Euãgelio quod Ioannes Baptiſta, præcurſor Domini ſignum fecit nullum, ſimiliter de S. Lyduina virgine Schiedamenſi, imo in ipſo naſcentis ordinis Seraphici Franciſci aureo florido que

Ioã. Bapt. nullum fecit ſignũ.

doque æuo, inuenire eſt viros ſanctitate præcipuos, diuinarumque rerum eximios contemplatores, ſignorum luce non radiaſſe, Chronicis huius ordinis id teſtantibus, vbi agunt de duodecim primis. S. Franciſci ſocijs, ſeu diſcipulis. Extaticum illum beatũ Aegidium (quem vbi qui tunc ſedebat Papa, raptum aliquando extra ſe inuenit, & ad ſe redire virtute ſanctæ obedientiæ iuſſit (quod neque adhibito ad eius carnem igne, neque ſtyli ferrei pũctione effici poterat) poſt mortem nullis ſignis claruiſſe conſtat: nullum (inquit vaticinando) de me habebitis ſignum, niſi ſignum Ionæ Prophetæ: quorum verborum ſenſum cum nemo aſtantium intelligeret, intellexêre qui fodiebant eius ſepulturam, in qua fodienda marmoreum Sarcophagum inuenerunt, cui artificioſè inſculpta erat hiſtoria Ionæ. Inuenire eſt etiam in dictis chronicis tẽpore S. Frãc. quẽdã *Beatus Aegidius nullum fecit ſignũ.*

loci

loci Guardianum nomine fratrem Petrum, innumera poſt mortem feciſſe miracula, quem. S. Franciſcus veniens ad eius ſepulchrum ſeu tũbam, ſic affatus eſt: Fili mi frater Petre; tu mihi in vita ſemper fuiſti obediens, volo vt etiã ſis poſt mortem. Præcipio ergo tibi per ſanctã obedientiam, vt ceſſes à patrandis miraculis, vt fratres huius conuentus in ſua quiete poſſint permanere, ac liberi à concurſu hominum, ſuo ſilentio vacare, obediẽs filius mox voci ſui patris obediuit: ceſſantibus ſignis.

Ceſſare iubetur à miraculis B. Petrus poſt mortem.

Inſtitutum Seraphici Patris. S. Franciſci iam à pluribus ſæculis multis modis probatum eſt; & à ſummis Pontificibus, qui illud declararunt eſſe verè Euangelicum, & pluribus viris ſanctitate, & miraculorum gloria illuſtribus: ac proinde nouis miraculorum probationibus non indiget: quamuis, Deo operante, per fideles famulos ſuos etiam noſtro tempore non deſint

Inſtitutũ S. Franciſci ſufficiẽter aprobatum nouis miraculis non indiget.

Eccle-

Eccleſiæ Dei, & ordini noſtro miracula quorum collectio fortè breui proditura eſt in lucem. *Etiam nūc ei miracula non deſunt.*

Quibus propterea non immorandum cenſui, ſed certiora potioraque ſanctitatis teſtimonia proſequenda putaui: Illa autem ſunt libenter tribulationes pati pro Chriſto, de quo gloriatur non ſemel Apoſtolus. Imò verò ex hoc ipſo Deus voluit olim probatum omnibus eſſe, quod idem Apoſtolus vas electionis foret. Cū enim Ananias peſſimè idque non ſine cauſa de Paulo ſentiret, nec eum auderet accedere, vade (inquit Chriſtus Ananiæ) *quoniam vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum corā gentibus, & regibus & filijs Iſrael. Ego enim oſtendā illi quanta oporteat eū pro nomine meo pati*. Merito autem pati pro Chriſto certiſſimum cenſeri debet ſanctitatis argumentum, quia ex hoc charitas in Chriſtum maximè innoteſcit, Dei famulos autem non miracula ſed ſola charitas facit, vt *Pati pro Chriſto maximū ſanctitatis argumentum.* *Actor. 9.*

rectè Aug. ſup. Io. vnde & B. Paulus ſine charitate reliqua nihil prodeſſe affirmat: non fidem etiam mõtes transferentem; non loqui linguis hominum, & Angelorum; non perpeſſionem tormentorum, non diſtributionem omnium facultatum in pauperes; quæ omnia ſine charitate fieri poſſe. etiãſi ſupponat Apoſtol⁹ ex paſſionib. tamẽ pro Chriſto patienter toleratis pl⁹ cęteris, ſæpi⁹ ſe probat ſeruũ Chriſti pręcęteris.

De hac pro Chriſto malorum & tribulationum hilari tolerantia dici poteſt, quod de ſimili virtute in officio. S. Antonij Paduani cãtatur; potior miraculis virtus hęc in oculis omnium clarebat.

Qui ſectatur perfectionem euangelicã eius vita probatur à Chriſto.

Tandem dico quod vbi liquido conſtat quempiam vixiſſe ſecundũ præſcriptũ S. Euangelij ſiue ſacræ ſcripturę in probata religione, qualis eſt Seraphica, iuxta normam ſtrictiſſimam profeſſionis euangelicæ inſtituta, eiuſmodi hominem non indigere miraculis vt probetur ei⁹

ſan-

ſanctitas; quia habet aliud ſufficiés genus probationis ſuæ ſanctitatis, Iuriſconſulti aiunt, quod vbi vno modo legitimè conſtat de intẽtione partis non requiritur, imò ſuperfluum eſſet aliud genus probationis. Longe etiam ſecurior validiorque fides adhibenda eſt electioni cuiusquam, ſiue ſanctitati in dicto hoc probationis genere, quam miraculis fundatæ; ſufficit enim tali pro ſanctitatis teſtimonio indubitato verbum Chriſti dicentis: vos amici mei eſtis. Rurſum vos qui reliquiſtis omnia & ſecuti eſtis me &c. nemo verò eſt qui ambigere iure poſſit an frater Archangelus conſiderata eius poſt conuerſionem vita, vir Euangelicus fuerit, proinde ſicut nec martyr, ita neq; ipſe ornatu miraculorũ eget; ſummũ in homine religioſo miraculũ eſt, quotidie, & ſine intermiſſione vincere ſeipſũ. In portẽtis miraculoſis patrãdis, homo debitor sẽper manet Deo; in victoria ſui & propria abnegatione,
debi-

debitorem habet Deum, ſi beato credimus Chryſoſtomo vnde vita boni religioſi perpetuũ eſt incruẽti martyrij miraculũ. Nõ itaq; infructuosè nos in mediũ protuliſſe ſpero diſcursũ vitę huius Euãgelici viri f. Arch. in gratiã Chriſti fideliũ, vtque nõ piget laudare imitari dilectet.

Neq; verò cuiquã mirũ videri debet, quod ego Belga Scotũ prędicẽ maximè eũ qui pro nomine Domini reliquit patriã ſuã & hãc à teneris annis elegit: in hac educatione, cõuerſatione, ſtatu, morte inſtar coruſcãtis gẽmę enituit, inſtar vernantis roſæ floruit, inſtar benè cõditi ſaporis mẽtes hominũ mellifluo ſermone pauit, inſtar cãdidi lilij odorẽ dedit, qua ratione ipsũ merito Belgã aut Flãdrũ potiꝰ quã Scotũ dixerim, qui etiã matri ſuæ deprauatam Scotiã tẽnere ſuaſit, Flãdriã eligere, in qua & fr. eius Germanus natu maior vitam inter Capuccinos finiuit.

Sic quõdã. S. Iodocus Britanniæ Scotiæque Regis filius cũ ſorore ad

has partes cõfugit, ſanctiſſimè vixit, deceſſit; nõ pro Scoto hic habitus, ſed noſtrate dilectus, in prece veneratus, à cuius etiã nomine tot paſſim hic Iodoci. Quis ſcit, quis cõputet, ſi fortè fr. Arch. ex parte materna ab hoc ſancto ſanguinẽ nõ deducat ratione regalis ſtirpis Stuardicæ, cui hæret & nectitur. Quib. omnib. ſingulisq; bene attẽtis, riteq; põderatis, nõ ego tãtũ ſed totus Britãnicus orthodoxorũ cętus ac Belgica præſertim Capuccinorũ cõgregatio iubilãdo meritò bene precari debet, prędilectæ defũcti huius ſui fratris animæ, ſuauiterq; illã demulcendo, hoc vel ſimili applauſu proſequi.

Salue nũc ô dulciſſime fr. Arch. noua lux nobilis Brabãtiæ, magnificę vrbis Antuerpiæ aiũnt quidam parciſſime & incognite, Belgij ornamẽtũ, Flãdrię decus, gẽtis Scoticę, pręclarũ ſidus nõ errãs, ſed firmiter lucẽs, fragrãs, odoriferaq; plãta minorũ Capuccinorũ, ex qua germen nouellũ vſq; pullulat: arbor fęcundã,

da, quæ protulit fructũ ſapidũ, cõtinenté ſeminis granũ vigoroſiſſimũ, ſtructura eximia, cuius ædificatio humili ſtabiliq́; fundamẽto firmata attingit cacumen cęli. Sit benedictus ingreſſus tuus in terrã viuẽtiũ, benedicti ſint tui labores, lucis exempla quæ nobis monſtraſti, vtinã illa, teq́; in omnibus ſequi mereamur, fulgẽtẽq́; ſicut perlucidã ſtellã in perpetuas æternitates cõſpiciamus.

Pleraq́; quę hactenus dicta ſunt, indignus & pauperculus Sacerdos, qui hæc ſcribo, oculis meis vidi & præſens quaſi manu tetegi, quædã ab alijs fratrib. meis veracibus accipi, vt ea in noſtra religione à fratri Arch. geſta ſunt; reliqua verò à fide dignis perſonis nec relinquitur dubitationi locus. Placet nihilominus in maiorem veritatis confirmationem, ex multis diuerſorum Patrum & fratrum teſtimonijs ſuper vita & conuerſatione. F. Archangeli Romam miſſis ex mandato admodum

dum R. P. Generalis hic vnum aut alterum attexere. Primum ſit R. admodum Patris Cornelij Recanatenſis, his verbis.

Conuerſionem mirabilem & conuerſationem non ſolum laudabilem, ſed eminentem. P. Fratris Archangeli Scoti Iunioris, Capuccini, tum auribus à fide dignis audiui, tum oculis meis vidi, certo ſpatio temporis atque vitam eius exemplarem plane nobis innotuiſſe certifico.

Fr. Cornelius Recanatenſis Cõmiſſarius Generalis Capuccinorum Prouinciæ Coloniæ licet indignus.

Aliud. R. P. Clementis Casletenſis teſtimonium.

Ego Frater Clemens Casletenſis peroptimè noui P. Fratrem Archangelum, de quo hic fit mentio, valde probum religioſum, & ſpectatæ ac laudabilis vitæ ſemper extitiſſe, excudi nó modo dignæ, imo verò digniſſimæ.

Bruxellis 13. Aprilis. 1614.

Hæc

Hæc humili autẽ & facili ſtylo ſcripta ſunt, vt decet humilitatis profeſſorem, humilis. S. Frãciſci filiũ, humilitate plenã f. Arch. vitã enarrãtẽ, quæ etiãſi elegãtiorẽ meritò ſuo videatur exigere, ſed abſtinẽdũ putaui quod interno mot⁹ inſtinctu. Vberiorẽ lectori fructũ redũdare poſſe cõpererim ex deuoto magis quã nimis polito dicẽdi modo: lectori dico nõ curioſo, ſed ſine liuore candido: etenim omne quod fucatũ eſt, pigmentisq; eloquentiæ circũlitũ, ſuſpectũ redditur, ac verũ nõ sẽper creditur, quod magna artis induſtria cõcinnatur: cõtenta nãq; nitore ſuo veritatis pura ſimplicitas, eò pulchrior, quo in cultior rectè ſentiẽtibus eſſe ſolet, quin
2. Mach. 15. iuxta ſentẽtiã. Machabeorũ Hiſtoriographi. Sicut vinũ ſemper bibere aut sẽper aquã cõtrariũ eſt; alternis autẽ vti delectabile; ita legẽtib. ſi ſemper exact⁹ ſit ſermo, non erit gratus, nullã guſtat deuotionis ſuauitatẽ internã, roſor & deriſor qua-

rumcũq; ſcriptionũ, carpẽs nũc ſty-
lũ inęqualẽ, nũc impolitũ, nũc ſeriẽ
ręi nimis curioſe diſcutiens. Pij ve-
rò qui omnia boni cõſulũt, duplicẽ
mercedẽ merẽtur, vnã in prõptu, al-
terã in ſpe futurã: prõptã, in dilata-
tione lætæ mẽtis; futurã, quã ex cõ-
gratulatione mutui cõmuniſq; cõ-
modi, charitate Chriſtiana dictante
de reb. alienis benè geſtis cumulatè
percipiunt.

Complaceat redemptori noſtro
ſuper benedicto, vt fauſtæ Societa-
ti fr. noſtri Arch piæ eius matris ac
reliquorũ beatorũ fratrũ coniũga-
mur inſeparabili manſione & re-
quie, gratias agẽtes Deo, qui per ſer-
uũ fidelẽ ſalutis oſtẽdit nobis ſemi-
tã arctæ, & Euãgelicæ vitæ. Oramus
vt potẽti manu ſua dignetur mãſue-
tos ſuos dirigere in iudicio, docere
mites vias ſuas, dare virtutem plebi
ſuæ, & gloriam nomini
ſuo. Amen.

FINIS.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Cap.1. F. *Archangeli Patria & maternũ genus pag.* 3
Cap.2. F. *Archangeli genus paternum, eius Pater hæreſi infectus, Patris in eius matrē odiũ ob fidē & repudiũ, Perſonarũ diſparis cultus infauſta coniugia.* 7
Cap.3. *Variæ perſecutiones matri F. Archangeli intentatæ, variæ inſidiæ* 15
Cap.4. *Nouæ machinationes in vitam, nouæ inſidiæ in honorē matronæ huius, & diaboli tētationes* 18
Cap.5. *Natum F. Archangelũ matri Pater eripit in hæreſi educãdũ, mater curã filij abſentis nõ dimittit.* 23
Cap.6. *Curat Mater ſalutē maioris filij & F. noſtri Archang. pergit in Belgiũ, ſit Capuccinus, in Ordine pie moritur, ante aduentum fratris.* 30
Cap.7. *Alexandri Farneſij Sereniſſ. Ducis Parm. in Ordinem Sancti Patris Franciſci deuotio.* 34
Cap. 8. *Conuertitur ad fidē Catholicã F. Archang. à fide nititur illum auertere Pater ſponſa hæretica ei oblata.* 39
Cap.9. *Simulat procũ F. Archang. viſione inſolita ad Ordinē Seraphicũ vocatur, Sponſæ ad fidem inducta valediuit.* 46
Cap.10. F. *Arch fugam init mutata veſte cum opilione paternam domum relinquit.* 55

Cap.11.

Cap. 11. *Profecto eius Antuerpiã vſq; vbi cõiectus eſt in carcerẽ, quid opilioni contigerit, quæritur fugitiuus vbique.* 62

Cap. 12. *Necẽ parãt Pellici, adoleſcẽtis propinqui quaſi reæ homicidij, ſed impediũtur à D. Margar. querelæ Catholicorum oppreſſorum.* 70

Cap. 13. *Quid in vinculis egerit F. Arch. quid è carcere liberatus, quomodo notitiã cũ F F. Capucc. inierit, inter quos voluit fieri laicus, eorũ tamen conſilio litteris dedit operam.* 74

Cap. 14. *Quã diligẽtẽ litteris nanauit operã & quã cõſtãter genus ſuũ celauit, & quomodo F F. Capucc. frequentare cœpit.* 81

Cap. 15. *Profectus eius in ſtudijs Ludouico clariz ſubminiſtrante media, variæ difficultates & tentationes ab eo ſuperatæ.* 87

Cap. 16. *Quare Seraphici P. S. Frãciſci Ordinẽ præelegerit, & ex quibus Ordinis alicuius perfectio metienda eſt.* 93

Cap. 17. *Cõuerſatio F. Archang. in Ord. Fratrũ Capucc. eius cõſtãtia & mores in Nouitiatu.* 109

Cap. 18. *Profeſſionẽ emittit, ſtudijs dat operã, eius præclari mores, & laudabiles animi dotes poſt profeſſionem.* 118

Cap. 19. *De eius compoſitione externa & feruore in oratione.* 125

Cap. 20. *Quem-modum ſeruabat in ſtudijs, & quã varijs mortificationibus fuerit exercitatus.* 136

Cap.

Cap.21. *Amonetur à cõuẽtu Brugẽſi, eo quod inſidiæ à Scotis ei pararẽtur. Quo ſucceſſu Gordonici fratres Auũculi F. Archãg. pro ſide pugnarunt.* 150
Cap.22. *De cõuerſione cuiuſdã nobilis Scoti ad fidẽ, eius opera, & de eius promotione ad Prælaturam.* 159
Cap.23. *Aduẽtus Matris F. Archang. Belgium.* 170
Cap.24. *Antuerpiæ collocatur F. Archãg. ipſum ſequitur mater, & quæ ibi contigerunt.* 277
Cap.25. *Pediſſequa D Margaretæ in Ord. S. Brigittæ dicatur Deo, Quid ſpõſæ à F. Archang propter Chriſtũ derelictæ contigerit.* 185
Cap.26. *Obitus matris Fratris Archangeli & vtriuſque in eodem conſtantia.* 193
Cap.27. *Quantæ expectationis fuerit Fr. Archan. quam auerſus à Prælatura, quam humilis in illa.* 202.
Cap.28. *Quam varijs Spiritus S. donis & virtutibus fuerit ditatus Fr. Archang.* 213
Cap.29. Mittitur *Dixmudam, ibi plus quam 300 Scotos ab hæreſi ad fidem conuertit: ſeditionem inter Hiſpanos & Scotos ortam componit: ſupremo morbo decumbit.* 223
Cap. 30. *Conſummatio, obituſque Archang.* 436

FINIS INDICIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Hæc humili autẽ & facili ſtylo ſcripta ſunt, vt decet humilitatis profeſſorem, humilis. S. Frãciſci filiũ, humilitate plenã f. Arch. vitã enarrãtẽ; quæ etiãſi elegãtiorẽ meritò ſuo videatur exigere, ſed abſtinẽdũ putaui quod interno mot⁹ inſtinctu. Vberiorẽ lectori fructũ redũdare poſſe cõpererim ex deuoto magis quã nimis polito dicẽdi modo: lectori dico nõ curioſo, ſed ſine liuore candido: etenim omne quod fucatũ eſt, pigmentisq; eloquentiæ circũlitũ, ſuſpectũ redditur, ac verũ nõ sẽper creditur, quod magna artis induſtria cõcinnatur: cõtenta nãq; nitore ſuo veritatis pura ſimplicitas, eò pulchrior, quo in cultior rectè ſentiẽtibus eſſe ſolet, quin
2. Mach. 15. iuxta ſentẽtiã. Machabeorũ Hiſtoriographi. Sicut vinũ ſemper bibere aut sẽper aquã cõtrariũ eſt; alternis autẽ vti delectabile; ita legẽtib. ſi ſemper exact⁹ ſit ſermo, non erit gratus, nullã guſtat deuotionis ſuauitatẽ internã, roſor & deriſor quarum-

rumcũq; ſcriptionũ, carpẽs nũc ſtylũ inęqualẽ, nũc impolitũ, nũc ſeriẽ rei nimis curioſe diſcutiens. Pij verò qui omnia boni cõſulũt, duplicẽ mercedẽ merẽtur, vnã in prõptu, alterã in ſpe futurã: prõptã, in dilatatione lætæ mẽtis; futurã, quã ex cõgratulatione mutui cõmuniſq; cõmodi, charitate Chriſtiana dictante de reb. alienis benè geſtis cumulatè percipiunt.

Complaceat redemptori noſtro ſuper benedicto, vt fauſtæ Societati fr. noſtri Arch piæ eius matris ac reliquorũ beatorũ fratrũ coniũgamur inſeparabili manſione & requie, gratias agẽtes Deo, qui per ſeruũ fidelẽ ſalutis oſtẽdit nobis ſemitã arctæ, & Euãgelicæ vitæ. Oramus vt potẽti manu ſua dignetur mãſuetos ſuos dirigere in iudicio, docere mites vias ſuas, dare virtutem plebi ſuæ, & gloriam nomini ſuo. Amen.

FINIS.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Cap.1. F. Archangeli Patria & maternū genus pag. 3
Cap.2. F. Archangeli genus paternum, eius Pater hæreſi infectus, Patris in eius matrē odiū ob fidē & repudiū, Perſonarū diſparis cultus infauſta coniugia. 7
Cap.3. Variæ perſecutiones matri F. Archangeli intentatæ, variæ inſidiæ 15
Cap.4. Nouæ machinationes in vitam, nouæ inſidiæ in honorē matronæ huius & diaboli tētationes 18
Cap.5. Natum F. Archangelū matri Pater eripit in hæreſi educādū, mater curā filÿ abſentis nō dimittit. 23
Cap.6. Curat Mater ſalutē maioris filÿ & F. noſtri Archang. pergit in Belgiū, ſit Capuccinus, in Ordine pie moritur, ante aduentum fratris. 30
Cap.7. Alexandri Farneſÿ Sereniſſ. Ducis Parm. in Ordinem Sancti Patris Franciſci deuotio. 34
Cap. 8. Conuertitur ad fidē Catholicā F. Archang. à fide nititur illum auertere Pater ſponſa hæretica ei oblata. 39
Cap.9. Simulat procū F. Archang. viſione inſolita ad Ordinē Seraphicū vocatur, Sponſæ ad fidem inductæ valedicit. 46
Cap.10. F. Arch fugam init mutata veſte cum opilione paternam domum relinquit. 55

Cap. 11.

Cap. 11. *Profecto eius Antuerpiã vſq; vbi cõiectus eſt in carcerẽ, quid opilioni contigerit, quæritur fugitiuus vbique.* 62

Cap. 12. *Necẽ parãt Pellici, adoleſcẽtis propinqui quaſi reæ homicidÿ. ſed impediũtur à D. Margar. querelæ Catholicorum oppreſſorum.* 70

Cap. 13. *Quid in vinculis egerit F. Arch. quid è carcere liberatus, quomodo notitiã cũ F F. Capucc. inierit, inter quos voluit fieri laicus, eorũ tamen conſilio litteris dedit operam.* 74

Cap. 14. *Quã diligẽtẽ litteris nanauit operã & quã cõſtãter genus ſuũ celauit, & quomodo F F. Capucc. frequentare cœpit.* 81

Cap. 15. *Profectus eius in ſtudÿs Ludouico clariz. ſubminiſtrante media, variæ difficultates & tentationes ab eo ſuperatæ.* 87

Cap. 16. *Quare Seraphici P. S. Frãciſci Ordinẽ prælegerit, & ex quibus Ordinis alicuius perfectio metienda eſt.* 93

Cap. 17. *Cõuerſatio F. Archang. in Ord. Fratrũ Capucc. eius cõſtãtia & mores in Nouitiatu.* 109

Cap. 18. *Profeſſionẽ emittit, ſtudÿs dat operã, eius præclari mores, & laudabiles animi dotes poſt profeſſionem.* 118

Cap. 19. *De eius compoſitione externa & feruore in oratione.* 125

Cap. 20. *Quem-modum ſeruabat in ſtudÿs. & quã varÿs mortificationibus fuerit exercitatus.* 136

Cap. 21.

INDEX.

Cap.21. Amonetur à cõuẽtu Brugẽſi, eo quod inſidiæ à Scotis ei pararẽtur. Quo ſucceſſu Gordonici fratres Auũculi F. Archãg. pro fide pugnarunt. 150
Cap.22. De cõuerſione cuiuſdã nobilis Scoti ad fidẽ, eius opera, & de eius promotione ad Prælaturam. 159
Cap.23. Aduẽtus Matris F. Archang. Belgium. 170
Cap.24. Antuerpiæ collocatur F. Archãg. ipſum ſequitur mater, & quæ ibi contigerunt. 277
Cap.25. Pediſſequa D Margaretæ in Ord. S. Brigittæ dicatur Deo, Quid ſpõſæ à F. Archang propter Chriſtũ derelictæ contigerit. 185
Cap.26. Obitus matris Fratris Archangeli & vtriuſque in eodem conſtantia. 193
Cap.27. Quantæ expectationis fuerit Fr. Archan. quam auerſus à Prælatura, quam humilis in illa. 202.
Cap.28. Quam varijs Spiritus S. donis & virtutibus fuerit ditatus Fr. Archang. 213
Cap.29. Mittitur Dixmudam, ibi plus quam 300 Scotos ab hæreſi ad fidem conuertit: ſeditionem inter Hiſpanos & Scotos ortam componit: ſupremo morbo decumbit. 223
Cap.30. Conſummatio, obituſque Archang. 236

FINIS INDICIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IHS